





VII
MOMBRITI
CARMINA
181
INCUNABULI
M
6
15
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze
MEDIOLANI
S. A.












M. 6. 15



B onini Mombritii ad ſanctiſſimm.d.dominum
Siſtum quartum ſũmum pontificem de dñica
paſſione liber primus .

A lter ab Inſubribus liber optime maxime præſul
Te petit.hoc etiam pignus amoris habe.
T u franciſcus eras ſacræ mirabile nomen
Ante crucis.ueſtis & crucis inſtar erat.
N unc autem petri cum ſis ſucceſſor & hæres: 56.
I ſq; ſui ligno more pependit heri:
C ur eſt:quod timeam pendentẽ ſcribere chriſtũ:
Et cruce confixum multa nefanda pati?
D edecus hæc olim ſoliſq; latronibus apta
Nunc regum mediis frontibus extat honos.
E x hac noſtra ſalus ueteriſq; redemptio cuplæ
Ex hac ad cæli ſydera terra patet .
A nnue:meq; iube ſuſceptum pergere munus.
Propoſitam domini iam cano Siſte crucem.




Vi nimis abſumpſi primos iuue
niliter annos .
Et cyrrham & muſas & uana uoca
bula phœbum
I nducens ſemper:nec in iis aliquando quietus:
O mnia chriſticolæ forte inconceſſa peregi:





S ero cõmonitus studia in contraria uoluor:
Meq; mihi inuideo. iuuat ad meliora redire
E t iusto musas odio phœbumq; loquacem
S ectari: tutoq; illis indicere bellum.
C edite qui tripodas: lauros: oracula: pinnas
E t scriptas foliis sortes insanaq; uerba
A mbagesq; meras eluctatosq; furores
P ercussum & diris canitis mugitibus axem.
V sq; adeo ne iuuat uanis incumbere nugis:
E t male composita mendacia condere lingua?
O mnibus ista tamen (tanti ne insania) fiunt
G rata: ꝙ indignis affligunt otia causis:
P ars & nos quoq; fuimus. iam dicere uera
S ollicitor. pudet insano uixisse labori.
E t claram turpi uitam fœdasse iuuenta.
V ile puto fuit ingenium: nec buccina nugis
A pta satis. dabit ingenium pinguesq; procellas
D icendi: deus exactæ si carbasa nauis
V ertero: præteritis& eam contrarius auris.
V nde sed incipiam? qua de tot milibus unum
O ccurrat dignum nostris sine crimine musis?
M usæ munus atrox & inania nomina quõdam
I mproba dum canerem falsorum crimina diuũ
S tupra: dolos: lites: multa mendacia pompa
E t totum amisso cælum sordere pudore.
I am uos cõmemorans non ex hælicone uocare

A ut de pieriis temptem mouisse cauernis:
Qua furor insana spirat lymphaticus unda.
L aurigeros sensu cogens non esse poetas:
F alsaq; cum ueris docte ludibria turbæ
I mmiscens:animam socio cum corpore perdit.
E x alia discam iam uos regione sorores
C ompellare.nouum cantus innectite robur.
E t pro castalio Iordanem dicite fonte.
P ro phœbo christum.pallentes linquite lauros:
P ro quibus egregias ab Idume tollite palmas.
C ur uno faciles somno facit Ascra pœtas?
M e me adsum munite modis melioribus oro.
E t uigilem facite & lyncas superare uidendo.
N on opus est somno christum narrare uolenti.
Qué christũ iam te quæso mea musa loquemur?
A n qui uirginea patrem conceptus in aluo
N esciit humanũ? uox patris mensq; cooeui
G ignitur æterno non ulli cognitus ortu?
A n qui materni natus signata pudoris
H ostia non rupit:sed uti translucida uitri
P agina cum soli pateat:lumenq; receptet
I ngressum:nulla regnat tamen integra rima
I tq; reditq; dies puro de margine purus:
E t sol non læsam penetrat sincerus in aulam?
I nfantem an dñm memorem:cũ sanguine fuso
Mystica conclusit ueterum præputia patrum?

A ut ubi uirscũs duplicis Iordanis ad undam
O mnibus instituit sacri baptisma lauacri!
A ut post exactos multo sudore labores
P ost socios inopi lectos de littore: longum
P ost iter ad populos declamatamq; salutem
N obilibus uerbis signisq; sequentibus: omnem
I udæam patriumq; solum gentesq; remotas
M orte salutauit ligno damnatus ab alto.
H ic hic perpetuo sistendum carmine musa.
H ũc cane lamentis: mæstam ceu grandior Aleph
I ngemuit uates. huic mecum pectora plange.
H uius ab atroci discamus clade dolere:
I ngratos ut non tanto pro munere seruos
E t tot nequicq̃ passum pro gentibus esse
I ndoleat: pœnamq; cruci iunxisse probemur.
I ncipe funeream miserando carmine pompam:
N ec lachrymis quanq̃ tibi sit reuerentia parce.
F lesse legis dñm: nunq̃ risisse. paratum
F letibus exemplum non risibus ille reliquit.

Aggreditur historiã cũ quibusdam meditatiõib9.

SExta dies aderat paschali præuia festo
Qua dñs cænam linquens & Simonis ædes
A d Solymos magnamq; animũ cõuertit ad urb.
P ræscius insolitam populi non defore pompam:

Et cito quam uerſis fracturi mentibus eſſent:
Non urbem pedes inſtituit conſcendere: qualis
Hactenus. obiectum uenturo penſat honori
Mox aliquid. ſtabat cum pullo mater aſello
Non a Bethania procul: unde recedere tantus
Vellet eques. vulgi cõmunes ſtabat ad uſus:
Et pro uectura dabat eſcam quiſq; recepta.
Diſcipulos uocat & ſtantem mandauit aſſellam
Adduci. contra ſi quis temptauerit: eius
Forte miniſterio dominum teſtentur egere.
Cui mare cui tellus cui cælum ſeruit & aer:
Qui regit imperio ſuperum cum manibus axem:
Et cuius nutum totus non ſuſtinet orbis:
Indiget obſequio uulgo uiuentis aſellæ
Oh felix animal. quæ te felicior extet
Bellua. quadrupedes geminato munere præſtas.
Cum boue uix nato domino procumbis: & ora
Ora homini cuiq̃ nondum patefacta fouetis.
Optima cum ſocio factori munera primus
En affers: regeſq; magos in tempore uincis.
Aſpera nudatis interq; rigentia membris
Fœna puer Maria ſuper incumbente iacebat.
Defuerant ignes: neq; enim tamen abfuit ignis:
Cum uos: ſollicitis gelidos afflatibus artus
Et tenerũ blando puto nõ ſine murmure chriſtũ
Nare tepefieri deſudabatis anhæla.

V nde animi tantus feruor? quis corpora bruta
S piritus impleuit? uestro præsepe iacere
F actorem exhibito non ignorastis honore.
A fflando. uerumq; deum dominumq; pfessi.
E rgo q̄ fueris christo dilectus aselle
V ile nimis pecus hinc licet aspexisse q ultro
L æti te comitem uoluit natalis habere:
D uctorem qui te ad mortem post legit atrocem.
A n quia sis humilis contéptaq; bellua. talis
D e cunctis humilem contemnédumq; decebat.
Quid miraris? inops & rerum semper egenus
V sq; adeo fuit: ut cum subterranea passim
V ulpibus & cunctis extent animalibus antra:
M unitosq; locent quacunq; sub arbore nidos
A d requiem uolucres: sua neue cubilia desint
P iscibus. in terris unus qua parte soporum
N on habuit christus caput inclinaret: & artus
I eiunos fessosq; pedes errando locaret.
C unctorum dn̄s sibi nil elegit habere.
N on pecus aut aurum non latis prædia campis
N eue peregrinis trabibus parioq; superbam
M armore uel pictis passim laquearibus aulam:
N e sint: qui iustas de paupertate querelas
A ttollant: contraq; polum conuicia iactent.
Quam bene conueniūt hūilis cum paupere. rex
N il erat. hinc pauper, paruæ cum sedit asellæ:

Quæ dicenda putes inopis nisi humillima signa?
I amq; iter arripuit Solymos & regia uersus
M œnia: iamq; imas radices montis habebat
M ontis oliuarum siquidem de nomine dicti.
E xierat iam fama frequens: & testibus amplis
C erta: dies tumulo functus qui quattuor egit
L azaron exuto post hos quoq; uiuere fato.
A ffariq; palam. dulcem uelut ante magistrum
P one sequi: reducisq; animæ cantare datorem.
H uius ad illustrem famam celebrataq; signa
I ngens tum populus portis effunditur amplis:
P er tritasq; uias & habentes ardua calles
R obora: quaq; patent aditus: aditusq; negari
D ixisses: auidæ properare uolumina turbæ
V idisses: densosq; diu prorumpere cœtus.
P ræuia ps pedibus agiles imitata uolucris
A nte uolat: promptasq; togas exutaq; ponit
P allia: nec multam parcit prebentibus artem.
S ublimes alii palmas incidere: ramos
S ternere: florigeras & humi dispergere frondes.
S tat uia tum palmis tum uersicoloribus aucta
V estibus: & magnam sic pingitur usq; sub urbes.
E rgo togas superingreditur palmasq; iacentes
M itis: inops rerumq; potens: deus integer: idem
P lenus homo: nostro qui mox ex hoste triumphū
D ucturus fœtæ sessor spectatur asellæ.

Dic ubi multus eques & longi militis ordo.
Quas gerat exuuias: quæ te dux christe phalãges
Ante retroq; regant: cingantq; potentibus armis
Quis currus habitus: qua uicti sorte sequantur
Cum ducibus reges: populi cum regibus una
Amentes duris collo cedente cathenis.
Quis procul hostiles arcus miratur & arma
Cognita uix ipsis uictoribus. omnia frustra
Quærimus hæc in te: non tales Scipio currus
Non magnum paruo uicit qui persea bello.
Hæmylius: non hanc una qui diruet urbem
Cum genitore Titus. tales mi christe triumphi
Post fusos armis quondam feralibus hostes.
Nec nisi conspectis inimica in gente dabantur
Sanguinis huberibus riuis: lateq; per arua
Corpora cæsorum cum circũfusa natarent.
Contra tu occidi non quenq̃ occidere lecta
Morte uenis: qua morte mihi sine compare uictor
Imperiosus ades. dispar exercitus ergo
Conuenit. Ingenti numero qui cædere pergunt
Qui cædi cupit: exigua uilique cohorte
Vt meus hic dominus ualidum qui pgit ad hostẽ
Cur hostem dixi: tali quem currere pompa
Scimus: & exutas cum ramis sternere uestes?
Ille ille ingestos qui tot molitur honores
Quem recipit: mitem mox conspirabit in agnum.

A ddeq̄ illustri uenientem carmine replent:
E t circumfusas attollunt undiq; laudes.
H uuc Dauid genus ingeminant: urbēq; subire
N omine in excelsi. lætum sic uulgus ouare
D ixeris: & meritum christo non deesse triumphū
S oli cum scribis pharisæi talia coram
S pectantes diris intra liuoribus ardent
I n mediis urbis festæ clamoribus ausi
I ncrepare uirum. duro sermone monentes:
N e se discipulos sineret laudare sequendo
R esponsum accipiunt: saxis clamare iuberi:
C ontingat si quando uiros in laude tacere.
I am procul intranti populosis mœnia portis
F ēsta patent. primis paulum sub postibus hæsit
E xtollensq; oculos uenturam desuper iram
E t stragem in tanto populo cædesq; uolutans
H oste super clæmens: & qui seruare uolentes
V enisset: lachrymis totus sudauit obortis.
Quæ bonitas nisi sūma graui sup hoste laboret:
E t meritas illi clades casusq; futuros
P ræmetuat: iam certa suæ stat proxima cædis
H ora. cruci iam iam fixus spectabitur altæ
P lenus & opprobriis & atroci uulnere fœdus
S cissis plangendus saxis soliq; nigranti
A d uisam domini mortem. quasi talia cladis
N esciat oblitus propriæ fatique pudendi:

L onginquos casus inimicæ suggemit urbis.
I am portã tandem ingressus: populoq; frequẽti
S tipatus tanq̃ rex inuictissimus ibat.
P randia fæcũdasq; domos opulenta per urbem
Quæsissent alii tanta dignissima pompa
Qui sua curassent & non aliena quieti
S e cõmisissent tali. sua negligit ergo
C urandas ad oues sese qui miserat ultro.
P ascere non pasci cæli de cardine lapsus
E rgo sacrum repetit templum: quo fusa cibare
A gmina sydereis epulis & nectare celi
E t non mortali uiuo sed pane solebat.
I llic suetus erat scribas populumq; frequentem
D iscipulosq; suos multo sermone docere.
I llic inueniens uænales sistere merces.
E mptoresq; forum quasi discursare per ingens
I ncaluit: simul ut ualidæ de fronte fauillæ
E xierint: radios & ab ore tetenderit ignis.
N ec mora sacrilegam turbam mẽsasq; iacentes
I nuertit. stupet attonitũ sine uindice vulgus:
E t calidæ positis concedunt uultibus iræ.
A ccessit trepidæ timor & reuerentia turbæ
R obur miranti maiestatemq; furentis.
H æc ueri regis facies. hoc ore triumphum
P romeruit: festam qui nunc concessit in urbem.
H os uultus hunc ense uirum ferroq; carentem

A gmina post paulo stantē appræhensura supinum
I n tergum splendore oris percussa iacebunt.
H unc ne putas foetam nuper qui pressit asellam
L actea lastiuo assultante sub hubera pullo?
C um uelit imperiis & maiestate uerendus
C onspicit̄:seruis ubi uult parare uidebis.
H inc mirabilibus purgato intendere templo
I nstituit signis cæcos illuminat.aures
R estituit surdis:rectumq; incedere claudos
I mpat:& morbo de quolibet eximit ægros.
P roinde nouæ surgūt laudes:hymnisq; canori
E xultant passim pueri:christumq; coronant.
A ddidit inuidiam bonitas suprema malignis
T um scribis.hi cū pharisæis agmina iungunt:
I nsultantq; lupi factis pro mitibus agno:
D eq; potestatis titulo qua talia quærunt
S igna facit.responsa dedit cælestis alumnus.
C onuictas quæ mox scirent excindere mentes.
I nterea patrem exorat:se reddere clarum
A nnuat.insonuit summi de cardine cæli
V t tuba uox iugens.te quondam clarificaui
C larificabo iterum.Iam noctem uesper obibat:
H esperiis quæ mox uentura notabat ab undis:
C um iam qui multas fando protraxerat horas
A egrotos post curatos purgataq; templa
R espiciens fusas festo quas ante cateruas

V rbis in ingressu comites cantuq; decoro
C ircũquaq; habuit: nullum qui nocte ꝓpinqua
I eiunum uocet hospitio: fessumq; reclinet:
V squeadeo ingrata & tam magna repperit urbe.
O mnes hoc animi uel quos curauerat ante
R epperit in uitio. populo præuidit in omni
I ngratos. tamen ingratis adhibere medelam
L egit: & hos ultro uaria de clade leuauit
H actenus exacti domino narrantur honores.
N unc tam magnarum coeunt obliuia rerum:
N ec tanq̃ regem nec plebs uelut ante ꝓphetam
C onuersis habuit ceruicibus. omnia parua
N empe mora modicis & dilabuntur in horis
O bsequia instabilem frustra quæsita per urbem
D iscite mortales quorsum popularis abundet
G loria: quemue sibi pariant ingentia finem.
L udit in humanis anceps fortuna procellis
I nstabiles testata uices. feruetq;: caditq;:
D umq; iacet: rapida surgit lapsura ruina.
L ux eadem pompam qualem mõstrauimus egit:
E t qualis nullis concessit regibus olim.
H æc eadem dominũ tanti quasi surda triũphi
N egligit: & uerso non aspicit improba uultu.
Quid facies multo defectus christe labore:
N ec sit in ingrata panem qui porrigat urbe?
A diicies alium fessis redeundo laborem

M embris:Bethaniamq; petes ieiunus amicam.
A b domino nimium tellus ingrata negato
H ospitio:populum desertis cuius in oris
E t quæ nec cererem nec bacchica munera nosset
I lle cothurnices mensis inculta per arua
F ertilibus dedit ad satiem.tum deinde perosis
C arnes mane recens exustos mana per agros
S parsit:& ingluuie populum compressit edacem.
S oliuagas quid cum populus calcaret harenas?
I ngens æstus erat.uastam non arbor heremũ
V estierat:densis ustos non uentilat umbris.
P eior hyems siccas late populatur harenas:
Quod nusq̃ riuos cernunt undamq; liqueutem:
V nde sitim tollant:& in artus humor anhælos
N on sine conmora paulsper decidat aura.
V iderat hos æstus desperatosq; labores
E cælo deus æthерio: Mosemq; uocauit.
P ercute ait saxum.saxum percussit:& humor
L argus iit:gelidisq; latex erupit ab undis.
F lumina tum suxit calicem qui reddere uulgus
N unc heu nescit aquæ dño: qui protinus ipsum
A d terram late pinguem cultasq; nouales
D eduxit.tellus hæc lac & dulcia mella
G ignit:& uberibus populos prouentibus implet.
H ac in lymphatos curat:cæcosq; uidere
I mperat:& clara functos dat uiuere uita.

E xurit interea: nec quis dignatur egenum
P ascere: qui totum pascit largissimus orbem.
T ene apud ille fame pereat qui uiuere pisces
F luminibus: terra pecudes uolucresq; per udum
A era dat. Solymos inter rex exurit: atque
M ortalem panis viuus non inuenit escam
E xcipe ieiunum redeuntem lazare christum:
Qui tibi sublatos uiuendi reddidit usus.
E cce redit. Mariæ tectum Martæq; salutat.
E t sedet in solita iussus discumbere mensa.
C onsilium interea scribæ multusq; sacerdos
F raudibus infandis ineunt. quo perdere possint
E xquirunt pacto dn̄m. mens omnibus una
T ollere de medio christum: miracula cuius
I n populum & sermo uitam diuinus eorum
C riminibus plenam & uitiis ostenderet urbi:
C umq; peregrinis populis & ciuibus esse
P ergratum longe scirent: ꝙ munere plenus
E sset cælesti: dictusq; in plebe propheta.
N on festam tanto lucem legere diemq;
S ollemnem exitio. non id sine posse cauentes
I ngenti populo fieri spectante tumultu.
T empus erat: quo paschalis iudæus ad agni
P atricio sese mensam de more parabat.
A ntiquam memorans cladem ueterisq; labores
Quondam quos phario fuerat sub principe longa

T empora perpessus memores ægyptia fræna
E rumnasq; graues & inexorabile sæui
I mperium regis:ruptas exisse cathenas:
A rdua non tincta transisse per æquora planta:
I psum collapsis hostem uidisse sub undis
N aufragio uictum claro currusq; natantes
F ragminaq; aduersis uentis agitata rotarum
H inc ruere:atq; illinc tactas allidere ripas:
V nde salus Mosi fieret populoq; sequenti:
E t terram caperent & lac & mella fluentem.
H orum paschalem memores rituq; uetusto
E xponunt mensam:atq; asso discumbitur agno.
Quare pro toto moriturus uictima mundo
R egalemq; urbem festa & paschalia christus
L egit ut in faciem populis hinc pluribus ipsum
A nte figuratum se tunc ostenderet agnum
E t plus contemptus turpi tam morte pateret:
Qui foret illata uitam pro morte daturus.
M ulta sacerdotes & adhuc de clade uicissim
C hristi uersabant:cum mox inopinus Iudas
E cce superuenit sceleris non nescius huius
T radere quæsitum pacta mercede magistrum
S e iubet.argenti ter dena numismata paruum
S i dño precium confers & uile capessens
E xcessit.sic exiguo uænundaris ære
O quem non terræ non uasti machina cæli

Non qualis quantusq; simul stat continet orbis.
Vænalis rerum factor mundiq; repertor
Vænditur eximius. sub quo sunt omnia parent.
Cui uel quæ non sunt tanq̄ quæ cernimus esse:
Tam paucis emitur nūmis num uile putari
Promeruit pecus aut urendæ sarcina syluæ
Qua stipe mercetur totum? qua dicite meta
Extimet īmensum quisq̄? tu solus Iuda
Ad non possibiles conuertis pectora curas:
Mensuramq; deo preciumq; imponere sæuis
Ausus consiliis & iniquo concitus ære.
Tum iam prima dies azimis legalia festa
Indicat. assistunt circum pia turba magistrū:
Atq; ubi iā quærūt renouandā mandere cænā
Instituat. petro consaguineoq; Ioanni
Dat curam: signumq; domus prædicit amicæ.
Ecce ait ingressis urbem uir protinus urna
Deuectans occurret aquam. uestigia serui
Obseruate: iares & quos intrabit honustus
Vos pariter: dn̄mq; domus ubi pascha magister
Quærite manducem: cænacula grandia porro
Strataq; monstrabit. paschali intendite cænæ.
Dixerat. excedunt: inueneruutq;: quod ille
prædixit. sed quo quisquis fuit ille canendus
Carmine sit: sibi qui cænam natisq; paratam
Forsitan ignoto domino concessit: & hospes

A ſſum non uilis ſed amicior obtulit agnum!
D igna nimis domus hæc tãto dom⁹ hoſpite digna
Quiq; deum menſa pauit: ſociamq; cateruam
P auit apoſtolicam. multis domus inclyta donis:
M yſtica qua dñs tum ſacramenta dicauit:
E t panem in corpus proprium uinumq; rubẽtis
S anguinis in ſpeciem uertit. natura coacta eſt!
E t uim paſſa: deo neq; enim indignata iubenti
P aruit: inq; nouis requieuit læta figuris
N on aliter: q̃ cum ſylueſtrem ægyptia uirgam
R ura per auellens Moſes ante ora ſuperbi
P rincipis in tortum iuſſit ſæuire colubrum:
E t mox in ſpeciem rurſus rediiſſe priorem:
S ibilaq; tractoſq; ſinus & ſquamea terga
P onere: nec lingua metui uelut ante triſulca.
H æc etiam domus eſt: in qua poſt tartara uictor
D etruſumq; Sathan poſt rupti clauſtra ſepulchri
E t multo fruſtra uigilatũ milite ſaxum
C um ſurrexiſſet clarus: cæſaq; triumphum
M orte egit. dulci præſens mediusq; caterua
A ſtitit: & trepidos ſolito ſermone leuauit.
H uius deinde foret ſuprema in parte fidelis
C um chorus unitus & quinquaginta dierum
M eta ſepulchralem dñi narraſſet honorem:
P lurimus a ſummo cælo deſcenderat ignis
S upra omnem cœtum: diuerſarumq; gerebat

I nstar linguarũ. sonus ingens flabra ruentis
S ecum fert uenti: totamq; repleuerat aulam.
S piritus hic sanctus personaq; tertia trini
V niusq; dei: quem nos paraclete uocamus.
D ebilium robur consolatorq; iacentis
A d tempus turbæ uanum fugat ille timorem:
T ranquillasq; facit pulsa formidine mentes.
Qui non illudi patitur fallique fideles:
E t dedit antiquos prædicere multa ꝓphetas.
H ic tum discipulos supra turbamq; sedentem
V enit: & hos uarias patriis sermonibus aures
S uffecisse dedit. parthus medusque loquentes
A gnouit. pontum pariter libyamque calentem:
C apadocum & nacti montes asiamque marinis
F luctibus hærentem uoces in simplice turba
O bstupuere suas. qui dehinc ægyptia rura
R omanumq; colunt longinquis finibus orbem:
E t qui Pamphiliæ fines cretamque loquacem
F abellis habitant. simul hos miratur odorum
D iues Arabs linguamq; unam Galileaq; labra
T am plenos sensus intellectasque profari
O mnibus & nullo notas interprete uoces.
S ed redeo. superæ partem conscenderat aulæ
I am cũ discipulis dñs. stat mensa quadrato
M argine mensuram non excessura sedentum.
T ris latus omne capit. tellurem fusa premebat

M enſa recumbentes:ut proni pœne iacerent
P atricio ritu.poſitus diuellitur agnus.
Quos domino quales uultus & qualia credis
V erba fuiſſe crucem plagas mortemq; tuenti:
S eque relinquendum ſociis tam dulcibus eſſe:
Qui uel famoſos inter pendere latrones
G entibus opprobrium miſeræq; afflictio matris
I uſſus:ad ærumnas ultro ſe porriget omnes!
P rona figuratum de ſe coniecit in agnum
O ra:manũq; ſuam primus dimiſit in eſcam:
E t mox ſublato lætus ſic incipit ore:
O ptaui dudum o ſocii me dura priuſq̃
P œna ferat:mortẽ & patiar:hoc mãdere paſcha
V obiſcum.non hunc agnus deſyderat agnum
A ut aſſas patrio carnes abſumere ritu.
N oſtram mortales optabat at ille ſalutẽm
E t clauſos aperire polos:mortemq; necare
A eternam:& ſtygio de carcere ſoluere patres.
I nterea dapibus ſocii lætuſq; magiſter
I ndulgent.longa ſed non ſtatione morantur.
P rotinus exurgit dominus:ſũmamq; reponens
V eſtem linteolo reliquũ præcingit amictum:
I nq; domus imam partem deſcendit:& hauſtã
I n peluim loturus aquam ueſtigia cœtus
A ſtantis circum mittit.ſudare uapore
O ra leui primum ualido tum concita fumo

V idiſſes:pluuioſq; genas igneſcere riuos.
Quo ꝑperet? quænã inteꝑtet:qd & apparet heros
O mnipotens?quorſum inclinet uergatq; ſupremi
A rtificis manus:atq; opera in tam uilia ſudet?
M iratur pia turba.nouis hinc protinus actis
E xcita ſtat cœpti finem aſpectura laboris.
V t pecus urgentem conantem & plurima circũ
F uſum paſtorem promiſſa intentius ora
C ontinet ad caſus anceps ut cunq; futuros.
S eu uocet ad uernos & pinguia paſcua campos:
P randia ſeu cum ſint abſumpta emittat aquatum
S iue uago pecori metuens auidiſq; capellis:
N ec fœtæ fidens urſæ fraudiq; luporum:
I nter uimineas & tuta repagula caulas
S eruat:& arenti fœno præſepia fulcit.
I amq; ſedet domino pauper mandante ſenatus:
I amq; ꝑpinquabat grandæuo ſingula longe
M iranti Petro dominus.mox genua reponens
A nte ſenem ſolitumq; ſenem paulo ante marinos
V enari piſces & uictum ræte parare.
I nq; ſinum curuus ueſtigia nuda popoſcit.
H ic uero attonitus totis & ſenſibus amens
E fficitur ſenior:tanq̃ qui cerneret imis
S ubdi ſumma:deumq; homini ſeruire creato:
A duoluique ſuis pedibus:qui ſæcula fecit.
V idit:& obſtupuit ſua ſub ueſtigia uili

E sse ministerio: cui uiuentem in secula flexum
V tq; pedes uidet admotum tum quærere christū
P oscereque in peluim mitti. misisse negauit.
T une pedes mihi Christe lauas? nec plura locut⁹
C ontrahit illotos: & subter pallia condit.
Quis lachrymas tenuisse neget plāctusq; sonoros
Qui iam non multo post a Clæmente rogatus
C ur adeo flæret (uitam nam largius omnem
D egebat lachrymis) cum me sedisse lauantem
A nte meos curuumq; pedes & pectora pronum
R espondit dominum memini: tersisseque lotos
L inteolo: natumque deo rerumq; potentem
V t seruum lauisse manu uestigia serui:
N ec lachrymas tenuisse queo: nec lumina flætu
A rcere: atque pios non effudisse liquores.
C umq; pedes coram dn̄o Petrus ergo negasset:
I gnoras quod nunc facio: sciturus es inquit
P rotinus. Instanter Petrus non credere pergit.
P assurus domino se non famulante lauari.
I amq; pias dedit ore minas: dulcesq; timores
I niecit dominus. nisi te Petre lauero: partem
N on habiturus ait mecum es. procumbere uerbo
H oc audax uno potuit: uelut icta securi
V ictima pacandam mox collapsura sub aram.
P roinde metum fassus tam duri robore uerbi
C um pedibusq; manus ambas faciemq; lauandā

P orrigit:& totum domini se nutibus offert.
I nterea reliquis non aspernatus Iudam
T antus amor dirum facinus reuocare parantem
D iscipulis peluim transfert.parere iubenti
V numquenq; petro haud ultra luctante uideres.
V estibus hinc uero supera ad tabulata receptis
I ngreditur dominus.stantes tum rursus ad escas
D iscumbit:sociosq; docet non tollere cristam:
N ec uanũ imperium nec inanis quærere laudes.
E xemplo uerum ima suo uilesq; subire
M aterias:discantq; ultro seruire minori.
N ec mora triticei dictu mirabile panis
I n speciem proprium corpus conuertit:& illud
D at sociis.se mandat edi:carnẽmq; ministrat
C uiq; suum ex illis.uel dirum pauit Iudam
C orpore:quod paulo sæuo post traderet hosti.
D einde sui carpit calicem quo sanguinis unda
E posito conuersa mero natat.haud ea certe
S umitur:ora siti quo subleuet.altius huius
V is penetrat.neq; enim quanq̃ spargatur in ipso
C orpore:corporeum quicq̃ molitur.in imæ
N anq; per os animæ sese penetrale receptat:
A eternamq; parat populis fæcunda salutem.
L ibandum sociis calicem porrexit.atroci
O re furit Iudas:& quem paulo ante pusillo
V ændidit ĩmanem longe detrusit in aluum.

Multa relinquendis alii pecuaria natis
Destituunt: alii caris hæredibus arua
Pinguia uel fuluum multis cum litibus aurum.
Fæcundas hi non narrandis sumptibus aulas:
Pars plenas populis linquunt ingentibus urbes
Et titulos prꝰum & trabeas & stemmata regum.
Sũt alii qui post ut mox ineunda supersint
Funera: pomposi ac uiuant post ludicra busti:
Mole superducta cineres durare supremos
Instituũt: adduntq; pyram super alta profundã
Nubila. marmoreæ subeunt hinc inde columnæ.
Multis epistyliis labor. in diuersa figuras
Luctari mox acta uides. nũc æquora remis
Verri: nunc subitos astris attollere fluctus.
Parte duces alia uisum insultare sub hostem
Cernis: & æratas in prelia cogere turmas.
Inde domos alii condunt uicinaq; lunæ
Oppida: turritas & agunt cælotenus arces.
Hæc & multa uides operosis talia bustis
Celari: memores ut auos post fata relinquant
Et nunq̃ intereat spectanda nepotibus urna.
Qui nihil in terris habuit: nihil undiq; rerum
Esse suum passus uitam at pauperimus omnem
Exegit: melius cauit: quæ linqueret orbi
Optima: perpetuos nunq̃ cessura per annos:
Et uictura dies ultra mundumq; nouandum.

N on aurum nec quæ transirent plurima liquit
O ppida: seq; sibi nobis sua corpora mandi
I ussit: & humanis cælestem faucibus escam
A nte figuratum prandenti mana Moysi
C ontulit: unde boni uiunt: pereuntq; nocentes.
I llis supplicium pacemq; & gaudia iustis
C ōmunesq; deo sedes æuumq; daturus:
Quos inter da Mombritium quandoq; uideri
C hriste: tuos cantu qui nunc meminisse labores
I ngressus: iam cœpta crucis mysteria pergit.

B onini Nombritii Mediolanensis de dominica
passione liber secundus.

S Tabat adhuc mēsam circū secura timoris
Venturi bis sena noua dape turba refecta
Astantis cum mox dn̄i mutata rigere
O ccepit facies: & dulcia palluit ora.
N anq; tribus quæ discipulis erat ante profatus
N actus ab humana corpus cæleste figura
M onte super: clades dū ꝓderet ille futuras
H orrendamq; necem crucis. hic expressius vnū
E x illis memorans aperit: qui tradere christū
N on metuat. cunctos percussit sermo sedentes
T am breuis: ingenti nimium sed robore iactus:
Qualis in Eridani ripis quæ uiribus arbos

H æret nixa suis & frondibus eminet altis
S eu quercus seu sit maioribus esculus umbris
A ut helectrifero fratrem lugere liquore
C redita: mendaces fingant si uera poetæ.
E x austro da flabra ruant aut cerulus indis
E urus ab estiuis uibratos undiq; ramos
E xcutiūt: sternuntq; hærbosas glande nouales
T um male monstratis radicibus eruta late
I ngemit: & rapto penitus iacet arbor honore.
O bstupuere omnes dictis a principe uerbis:
S eq; fatigando tacito sub pectore primum
T alia cur fieri possint exquirere quisq;
C œpit: & irarum non parua incendia monstrat.
E x ipsis porro cum dixerit esse futurum
V num qui tanto sceleri se misceat. intra
T otus se recipit: mentemq; examinat imam.
I psene dicebat tam magni criminis auctor
I nueniar? tantam potui male uertere culpam?
V t nō sum: nō esse queam. quis talia nostrum
D esipit? unus erit nr̄um. num forsitan ipse
D icar. erunt alii. ne sis caue forsitan ille
I lle tuum qui sis rapturus morte magistrum:
N on dn̄m rapturus ero. tamen indicat unum
A usurum facinus. falli num credere par est
O mnia qui nouit: didicit nec fallere quenq̄?
I psene sum rhabi. tot non mare fluctibus actū

V oluitur: Ioniis cum procubat Auster harenis.
E t nunc in montem tollit: sublataq; pulsat
S ydera: nunc imi pelagi denudat abyssum:
Quot cum fluctiuagi uersarent excita cordis
A equora discipuli: & fluctu alternante labarent.
F orte manum tunc cum dn̄o pro lance tenebant
E x illis plures. socium qui intingeret una
T um pro lance manum: tanti fore criminis inq̄t
A uctorem dominus. quare ad quæsita reliquit
V t primum dubios: ne si conspectius ipsum
N udasset Iudam: & uerbis monstrasset apertis
O mnis in hunc cœtus Petrus & feruentior arma
M ouisset: mortemq; uiro ingessisset acerbam.
N eue salutiferæ dominus mysteria mortis
T ardaret: bona nostra sua qui clade sitiret:
Quod sis facturus Iudæ fac ocyus inquit.
C rediderant quicq̄ festo iussisse parare
A ut eleimosynam mendicæ tradere turbæ.
I lle recumbentes socios dominumq; relinquens
A d scribas molitur iter dirumq; senatum:
E t de tradendo sancit cōmercia christo.
H ic ne discipulos dominus tum ferret inertes
P aruula permagnis compensat tempora curis.
M ulta quidem de more docens seseq; uicissim
D iligere: & ueris innecti affectibus hortans.
N on alia ratione suum meritoq; uocari

E sse gregem: alterno q̄ si nectantur amore.
V tque fit in parua grandis quandoq; lacuna
V enus agit uires: animosasq; euomit iras.
S ic in tam paruo uisa est discordia coetu.
S urgere: fluctiuagis coram & feruere susurris.
Quis gregis haud magni princeps dn̄sq; uocādus
E sset collaras sociis dare iussus habenas.
O b nondum memores dominū uidisse magistrū
M itemq; atq; inopem mendicam degere uitam:
S essoremq; asinæ factum! proprioq; carentēm
H ospitio. quorum primatum quæritis ergo!
E xilesne domos uacua atq; in regna uocari
S cilicet est animus! uanas iam ponite curas.
P onite iam uanas & inania pectora curas
Qui sit at in uobis maior: seruire laboret:
P roq; ministerio certet: hæc ultima fatus
V erba dedit cupidis pacem. discedere uerum
D ucibus a sociis certus: solatia mæstis
Quæ potuit liquit. Petrum exhortatur anhælum
I n mortem & cæcas ineundi carceris umbras
P ro domini ceruice sui. uentura profatur
S candala: terq; petro sub ea se nocte negandum:
P ercussoq; palam certos pastore timores
N nnciat: atq; fugas uerti quacunq; latentes.
Ne tamen incertos penitus totaq; carentes
S pe sinat: horrenda de morte resurgere late

P ollicitis implet claris: Galileaq; circum
R ura iterum socios uisuq; se esse relictos.
I amq; dies prono terris cum sole cadebat:
E t nox surgentes cælo densabat in umbras:
C um dn̄s mensam linquens urbemq; sequentes
T raxit discipulos: & ad extera mœnia duxit.
V rbem uallis erat regis de nomine dicta
P æcingens: radios qua sol flauescit eoos.
T ollitur hanc ultra glauco mons pinguis oliuo.
H ortus ad illius latus est rupiq; cauatæ
P roximus. hinc celsæ tenuis prælabitur urbi
R iuulus. opposito medius sub monte per imā
D efertur uallem: & graciles exudat in undas.
S æpe nouo ualidas collectoq; agmine uires
E xauget: tollitq; minas: & grandia nixu
S axa trahit: uellitq; obstantia robora syluas
S æpe minas ponit: cursuq; elanguet inani.
E t uitæ sparsas inter luctatur harenas.
P aulatim occumbens: donec resolutus in auras
E xpiret tenues: terraue arente receptus
S e sciat esse nihil. mox inasceutibus hærbis
A ltus subsidat puluis: siccoq; uiator
C alle meet: rapidus qua cū formidine torrens
A gmina iam duxit. Cedron dixere priores.
P lurimus at uero montem dum uixit amauit
I esus oliuetum. templo nanq; obuius orto

S ole fuit. lapidem & primum signabat ab urbe
I llius hærebant lateris sub margine Marthæ
C lara fatigato quondam solatia Christo
M œnia non pranso dulcem & prebæntia mẽsam.
H unc post sũma p̃ris rediturus ad atria: deinde
I llius ad dextram solito sessurus honore
E legit. nam discipulis de more coactis
M ulta secuturæ memorans facientia uitæ
V iribus elatus propriis superusq; relicta
S ublimis tellure abiit conspectus in auras.
H unc circum & niueam subter uestigia nubem
S pectarũt oculis: donec ferretur ab ipsis:
E t frustra hærerent uiso nõ amplius illo.
C reditur hũc (nec uana fides) post sæcula montẽ
S oli nota deo: mundo spectandus ab omni
E sse petiturus: non qualem sæuus Iudas
V ændidit & dura pilatus morte peremit:
S ed qualem rerum dominũ mundiq; potentem
A tq; deo dominoq; satum omnipotente decebit.
P ars hoĩum melior liquidum petet aera secum:
S ublimesq; gradus agiles & ĩ æquore plantas
A etheris ad libitũ socio cum principe ducet.
P ars aduersa solo dicta & de nomine regis
V alle grauaturis claudetur corpora noxis
D eformes frustra tollent ad sidera uultus.
O rabunt frustra: & frustra percussa sonabunt
P ectora. pertesi scelerum stridoribus altis

C lamabunt. frustra simul ad commissa dolentes:
T um certi iussos heu nunq̄ exire labores
E t neq; iudicium mutari posse paterno
I udicis in solio christi suspendere largos
N equicq̄ distent fletus. confidet amicis
N emo: locus nec erit precibus: tantumq; tribunal
Quis coaceruato corrumpere speret in auro
Quin decernendas domino sub iudice pœnas
I ure luant. positos & deuoluantur in ignes
S æcula flamiferis & agant. æterna tenebris.
V t tandem uentum est parui cedronis ad undam:
T rans ripam: notum dn̄s penetrauit in hortum:
Quo cū discipulis orandi sæpe uenire
N octu consuerat studio: tacitasq; per umbras
I ntentus patris obsequio cultuq; uacabat.
S ed quo tam ꝓperas duræ certissime mortis
P ar o christe mori cupientibus? an tua nobis
A n tua curato uita est incommoda mundo:
Quæ tenui degens multoꝝ perdidit usum
Quæsitoꝝ aliis: quæ tot miracula circum
F ulxit & ægrotos omni langore leuauit:
Quæso redi: cursumq; refer. pete tutius urbē
T utior hæc horto est populo creberrima. dēsum
A n populum fugis: ut latebris sis tutior ipsis?
A h mea lux non ut lateas: excurris in umbras
E t tacitos quæris campos. tam lucida condi

F ax ullis nescit tenebris. quæ mœnia celso
M onte uirꝝ fugiant oculos? hæ christe latebræ
A rmatum inuenient urbs quem cōpescuit hostē.
E t tu non horꝝ ignarus præcurris: & illi
O buius is: rapidis tanq̄ non euolet alis
E t sit tarda nimis quam tu decreueris hora.
I am fines deus ingreditur moriturus agelli
H eu male secreti nec eum seruare parati.
D iscipulis iubet exesa sub rupe sedere:
A tq; orare. locus fuit is nam proximus horto.
T ris tamen excipiens Petrum tenerūq; Ioānem
T eque Iacobe trahit secum: quos ante nouatæ
C ælestem in speciem testes dedit esse figuræ.
N on hominem potuit deus hic non esse fateri
Qui mirabilibus se signis omnia quondam
P osse quidem docuit: populo & spectante coactā
N aturam dicto fecit parere iubentis:
C ederet ut domino: solitos mutaret & usus:
A tq; uices alias se miraretur obire.
D efunctis uita ammissas repetentibus auras
E t claudo ꝑperante uiam: cæcoq; uidente.
N unc hominem magno se prodidit argumento:
Qui duram horreret mortem: pœnasq; timeret
T am multas: & quas homini non contulit usus.
P ropterea mæstus fieri tædereq; cœpit:
P ectoraq; haud paruo turbari pulsa pauore.

F ilioli conuersus ait iam tristior usque
A d mortem efficior.casusq; uicesq; dolete
V nusqsq; meas.mecum ac uigilate parumper:
D onec eo uadam patrem oraturus:& inde
P rocessit:lapidem quantum quis mittere posset.
G enua solo deus inflectit:resupinus in ora
I n faciemq; cadens.cur tollitis ora superbi
O rantes ponente deo faciemq; genuque
I n terram.tum sic potes o pater omnia dixit.
S ique pōt fieri:nec sit tua læsa uoluntas:
D a calicem nō hūc libem:atq; hæc pocula trāsfer
N on at ut ipse tam̄ cupio pater optime uerum
V is ut tu fiat potius.sic deinde precatus
T ris redit ad socios.ab iam moriturus habere
I llorum potuit curam:uigilare nec una
H ora qui secum tempus potuere pusillum.
P ar omnes habuit somnus:gremioq; cadentes
P resserunt oculos.duci tum corpora terræ
E ffusi positas pariter iacuere per hærbas.
O b male custodes passuri tanta repente
P ro uobis domini.non eius lumina uestri
V ictor somnus habet.uos is custodit:habere
Qui uos custodes debet:uestræq; saluti
I nuigilat iam iā moriens:nec perdere quenq̄
P erditus e uobis patitur.cui dicito Petre
C ui pastor factus dormis! tutaris ouile

Siccine cōmissum? fratres conuersus in ipsos
Siccine confirmas? ubi paulo promptior ante
Impetus horrendam mortēq; & carceris ūbras
Ferre. mora pereunt heu q̄ntum grandia parua.
Vnica te uidit uerbis ingentibus hora
Pro domini ceruice tui certare paratum.
Hæc eadem magnam uegeto cū corpore mētem
Pressit: & ingratos iussit stertisse sopores. dormire
Exemplone tuo tibi grex uigilare docetur
Cōmissus? sopitus oues in somnia pastor
Cogis: & hæc dn̄i uobis est cura relicti?
Nomine teq; ergo appellat teq; increpat unum
Pastorem: caro qui te præfecit ouili.
Pastorem debere sequi non nescius agnos.
Mox ab eis iterum spatio secessit agelli
A primo distante: manus tortum altera q̄tum
Proiiciat lapidem: terræq; accliuis ut ante
Orauit. duræ repetens suffragia pœnæ:
Tum surgit: sociosq; iterum uelut ante reuisens
Inuenit multo laxantes corpora somno.
Commiseratus. agri spatia ulteriora petiuit
Ad triplicem lapidis iactum: faciemq; profusus
Longius orauit: precibusq; intentus eisdem
Viciniq; memor fati: duramq; reuoluens
Mente crucem: & quidquid populo fecisse liceret
Nil contra ausuro late sed in omnia sese

V ulnera: conteptum: lusum mortemq; daturo
H orruit: eq; imo cōmotus pectore primum
E xcita contraxit gelida formidine membra.
L iuidus hinc surgit pallor: croceoq; colore
M utatam exhaurit faciem. contra igneus inde
F eruor soluendæ deuicta morte Gehennæ
S eruandiq; hominis mens ardentissima factis
F rigoribus metuendo nouos flamescit in ignes.
T um mortis metus occurrit: pulsatq; uidentem
S ingula pœnarꝝ genera & nodantia palmas
V incula. compositam soluūt ea uincula mentem.
H aud secus æquoreas inter iactata procellas
C ymba reluctantes nec habens euadere uentos.
Quis dubitet: non mox sitientes æquora rimas
H inc atque hinc solui: subitoq; fatiscere ponto.
T antus agoniam cur non induceret æstus:
V ersatumq; diu dominum collideret inter
T am uariasq; uices mentis mortisq; timores!
C arnis proinde poros & claustra tenacia quodā
N on bene tum natura potens cohibere resoluit:
S anguineisq; extra oppleuit sudoribus artus.
P erq; genas & per passurum milia corpus
V ulnera rorantis uidisses currere guttas
O h male uerberibus præludia facta futuris.
I am sentit: quæ mox sunt effractura flagella
D iuinum aspectum & natas de uirgine carnes.

P arce precor. parce ab plagas celerare ꝓpinquas
O ccurrent late citius. cur christe laboras
A nte datam nondũ uenientibus hostibus horam?
D esine. parce pios uultus fœdare cruore
H eu nimiũ. nimiuũ a duris sumpture ministris
P œnarum: & tu scis qui talia mente uolutans
S anguineas sudas acri formidine guttas:
A rentemq; rigas labenti sanguine terram.
S ed partem qua uerus homo fuit: undiq; iussit
M ore hominis humana pati: sentireq; uires
N aturæ: atq; hominẽ gerere & concludere plenũ.
T um uero dum sic laxatos anxius artus
S taret & afflicta nimium cum corpore mente
C hristus anhælanti similis: uitamq; uomenti:
S anguineas aucto an dubitẽ mox frigore guttas
O briguisse humeris: tergoq; hæsisse gelito.
Quid faceret: quẽ non Petrus reliquiue fouerent
F usi discipuli terræ somnoq; grauati:
N ec qui concretum sudorem tergeret esset.
A uxilio solus hominumq; fauore carere
V isus: & orasset longa ter uoce parentem?
Quorsum cum sciret quæ uenerat ante petitũ
E xauditurũ prorsus non esse parentem.
T er tamen instanter uerbis orauit eisdem?
A n frustra orandum docuit frustraq; petendum
D e cælo auxilium? quid christo interprete frustra

E xpectas? orat fateor.non eſſe parentem
E xauditu℞ ſcierat.nec uera negemus.
C ur igitur ſi iam fruſtra nihilominus orat
T er fuſaſq; preces repetitaque uota nouauit?
V t nos qui totiens celum cæliq; potentem
A rtificem contra turpes damus ore querelas
D iſcamus facile ad non impetrata quieto
E ſſe animo:nr̃am & dño componere mentem.
D iſcamus quanq̃ deſunt optata:ferentes
H aud tñ angelicas ſolatia defore teſtes.
H os impetrabis ſemper.diſcedere mæſtum
N on datur a domino.q̃uis quæſita negare
C onſtituat:lætum quæſitis ire negatis
T e dabit:& uacuis hilarem diſcedere uotis.
V el multis opibus deſit cum filius hæres
V el cum dilapident patrio bona pignora parta
I ngenio:longoſq; uorent cum meſſibus agros.
C umq; uiri ꝓprios uxor uænũdedit uſus
P rodigaq; admiſit mœchos fulchrũq; iugale
I uratamq; fidem fregit.cum prædia nymbus
O bruit:aut ſiccis coxit feruoribus æſtas
S axea cum teneras incuſſit grando nouales
A ut matutinis ubi fertilis uua pruinis
V anuit:& dominum non delectauit auarum.
T er patrem orauit domini ſuffragia nunq̃
E t ſi defuerint quæſita precantibus abſunt.

N oluit oranti calicem nec triſtia magnus
P ocula traduxiſſe parens.non defuit illi
I dem cum nato genitor tamen.anxia nati
O ra tuens & uix humani corporis ora:
V ſq; adeo metus & liuens formidine pallor
I ncreuit ſuper:exangues & reddidit artus
D igna nimis caro miſit ſolatia patre.
P roinde uocat famulis de centũmilibus unũ
L ucida promoti ſeruant qui culmina cæli:
I mperioq; uacant eius.fer protinus inquit
H ũc nato calicem.calicem mox tradit & illi:
S olariq; iubet metuentem proxima natum
V uluera uicinam & ſũma ſuper arbore cædem.
I lle dei iuſſu nocturnum fertur ad hortum
O s humeroſq; uiro ſimilis:dñmq; profuſum
T elluri trepidumq; ſuper uentura ſalutat.
E t licet angelicus noſtras non uenit ad aures
S ermo:tamen ſi non erro hæc aut talia cœpit.
S alue cara nimis cari genitoris imago
M ens æterna pr̃is ſummi uerbumq; penne
H umanos pater affectus ſenſumq; pauentis
N aturæ audiuit.caſus miſeratur acerbos
H orrendamq; crucem & diræ ludibria mortis.
S ed quia ſic placitum (& tu ſcis) illiq; tibiq;
P roq; uiro legem moriendi prodigus ultro
S eruando:nullo ſiquidem cogente ſubiſti:

F er patiens mortem ac duros cũ morte labores.
Quod periit:ſcis non alia ratione leuandum
C onſtituiſſe tecum patrem.damnata iacebat
V is hominis:nec opis ueteri pro fomite quicq̃
S perabat:primus poſtq̃ cum coniuge terræ
I ncola neglexit domino parere iubenti
T u promptus:tu ſolicito mox pectore coram
H oc humeris ſuper ipſe tuis aſſumere pondus
S eruandiq; hoīs factus homo magna priuſq̃
S æcula formares:nullo es cogente profeſſus.
S ponte legens hominé fieri:quo tolleret imum
P reſſus homo caput:& ſũmis imponeret aſtris.
Quinetiam īualidis ſumpſiſti corpora membris:
V iribus humanum genus ut maioribus inde
M unires:ualidũq; eſſet male debile quondam.
D eniq; contemni uulgo mortemq; pudendam
A nte retro:& qualem nec dum uidere latrones
L egiſti:lapſo ut fieret reuerentia mundo.
D ura quidem fateor patiere graueſq; labores:
Mortiferũq; bibes calicem:quem defero:& ipſũ
O ſtendit calicem.pater hunc tibi deſtinat ante
S æcula quem libare uolens elegeris ultro.
C onfixus ligno iam iam pendebis in alto:
S ed mortem pendens es ſuſpenſurus:& illam
Morte necaturus propria:mundoq; daturus
V itam pro lœto requiemq; labore perennem.

A spicies medius geminos hinc inde latrones
V t pariter latro confixus lætabere tandem
D amnatos erebo sic eduxisse profundo:
E t de tartareis animas soluisse cathenis.
O h styge felicem uacua dignumq; latronem
L aude: sed haud qualẽ scribæ damnando putarũt.
A rdua contendes sublimi brachia ligno
N udus: inops: duris & membra tremẽtia clauis
F rigoris expones hyemi gelidisq; pruinis.
G aude. nanq; trahes ad te sic omnia fixus.
O mnibus & qui mox moriens dicere carere:
O mnia diceris mox instauratus habere
T anq̃ rex cæli magni genitoris & hæres.
Quod placuit: fieriq; placet. quod solus ab æuo
L egisti: non hoc inuito pocula carus
D at libanda parens. ultro quod legeris: ultro
M ittit. collapsum memorans ita surgere mundũ
P osse tuis factum manibus: redimiq; tenebris
A eternis hominem: & cæli super astra locari
A mmissas olim deiecto dæmone sedes
I nstauratu℞. tam pulchrum perfice munus:
O ccisumq; hoĩem tu tu qui feceris illum
C lade tua redime: & uitam moriendo repende.
T alibus excessit dictis cælumq; petiuit.
I nterea multo properat cum milite Iudas.
M ulta sacerdotes moliri dira frementes

C onsilia atroces scribæ super addere mentes
P ars exosa nimis christum pharisea docentem
P er pagos mediasq; uias & marmore templum
C elato diris miscere furoribus agmen:
I gnitis una dubios incendere uerbis:
C ogere nolentes: metuentes ire parato
A ut auro aut auri spe persuadere futuri:
O mnes hortari frangentem sabbata legem
S oluentem & patrios ausum cōtemnere mores
T ollere de medio: meritæq; illidere morti.
P lebs autem sese mediis e mœnibus urget.
A ccincti gladios alii. pars longa gerebat
S picula. lœtiferas quidam gessere pharetras.
T um quia nox tenebras circūfundebat īanes:
N ec uia qua plane fuerat constabat eundum
A nteferūtq; faces: densasq; micantibus umbras
L uminibus uincūt. Iam uulgus ꝓximus horto
I bat: & erectis horrebat atrocior armis.
H æc dominus non ignorans tellure iacētes
D iscipulos rursum accessit somnoq; grauatos
E xcitat: & qui se tradat iam dictat adesse.
E cce atrox dum fatur adhuc super astitit agmen
H orrendum facie sæuumq; micantibus armis.
V t uidet ergo lupos ad se contendere passus:
V ltro lupos agnus contra mitissimus explet.
T um prior affatus tacitos quem quæritis īquit?

I eſum reſpondent Nazareth a finibus ortum
H ic ego ſum dixit dominus.cecidere ſupinam
M ox in ceruicem & terræ collapſa tenebant
C orpora.rurſus eos quærant quẽ ĩterrogat.illi
V t prius a Nazareth Ieſum ſe quærere dicunt.
I lle refert:ego ſum:dixi.me quæritis unum.
Hos (& diſcipulos monſtrans) ſinite inquid abire.
S tabat & hic atrox Iudas:qui præuius agmen
D uxerat.& dubitans lupus an cognoſceret agnũ
S igna dedit.quibus ipſe lupo ĩnoteſceret agnus.
N am quia diſcipulos tũc inter creditus eſſe
V nus erat uultum ſimilis faciemq; magiſtro
S igna infãda dedit peioraq; quolibet hoſte
N anq; ſalutatum ueniens cui protinus inquit
O ſcula præbuero:ſtrictis atq; hæſero labris.
H ũc uobis trado.capite hunc:& ducite caute.
E tiam præcedens turbam ne forſitan una
E ſſe uideretur:uenienti ſæua magiſtro
P orrigit ora & aue dominum tradendo ſalutat.
I lle ſui ſtadii non immemor.inquit:amice
A d quid ueniſti?ſic me perdendo ſalutas:
E t me tradendo mea ſcilicet oſcula libas?
N ec mora romanæ Iude poſt ſigna cohortes
I mpete non uno retroq; anteq; ruentes
C orripiũt ſacram effigiem:precioſaq; fœdis
C orpora contorquent manibus.ps excutit artus

S ydereos. pars fune manus post terga reuincit
I ndignum scelus & nulli uarrabile nullo
T urba metu: quæ turba solo paulo ante supinū
I n tergum domini uerbo prostrata iacebat.
N on eius faciem maiestatemq; loquentis
I ntendens. non ante memor cecidisse retrorsum
A d tenuem fantis uocem. miracula parui
T anta quidem fecit. iamq; illis copia facta est
S urgendi. solu is iactas ꝙ christe cathenas
V erborum: atq; in te das omnia posse uolentes.
H ic pauidi trepidare metu: disquirere mentem
D iscipuli āmissam: quid agant nescire: uicissim
S esse aspectare: ac dominum non ferre ligari
I amq; ligabatur: qnid si iam protinus aiunt
P ercutimus gladio? neq; enim responsa parato
I n iugulū mucrone Petrus manet: impiger ergo
I n dextram senior Malchi: fors ut tulit: aurem
L ibratum fixit gladium. puto credidit illum
S ternere. falso auris ferro cadit icta: cruorq;
A uulsam fusus sequitur. quo debile corpus
P etre ruis? quorsum frustra grandæue laboras?
Quo furor emeritum rapit? an tot millia solus
E t densas fracto cohibebis pectore turmas?
C orporis exigua est. animi uis maxima. uires
A t non hic animi: uegeti sed corporis arma
E xpediunt. licet arma uacēt: ubi uicula christus

V ltro subit: fieriq; cupit pro gentibus ultro
V ictima turbatum sic pacatura parentem.
Quare oculos in te dominus conuertit: & ensem
C ondere sanguineum iussit: docuitq; senili
N on opus auxilio: nec mēbra trementia tantam
A rmorum molem populiq; arcere furores
P osse: salutarem supero cum posset ab orbe
C ogere militiam: patriiq; ingentia regni
A gmina & angelicas acies: totumq; mouere
P ræsidio cælum. se sic debere docebat
I lla pati: calicemq; patris sic esse bibendum.
H ic hostes porro nobis qui iussit amari:
E t bona pro indignis reddi: cōmercia primus
I sta suo nos exemplo moturus iniuit.
S uccisam quare digytis ut contigit aurem
A eternis aurem digytis: quibus omnia fecit:
O ptatam Malcho dedit aduersante salutem.
S tringuntur guttæ: terram nec ab aure fatigāt:
E t napor obsessis ultra non sudat ab antris.
T um suffecta caro est: & pulchrā pendet in aurē.
D iuina fingente manu speciosa cicatrix
E micat: & forma gaudet par esse sorori.
A duersos porro Iesus conuersus ad hostes
T anq̄ latronem longis cum fustibus atque
A ccinctis hic me gladiis comprehendere dixit
E xistis. templo uobiscum sæpe sedebam

I n medio:turbāq; docens populūq; frequentē.
E t me non manibus strictis tenuistis & armis.
V estra sed hæc hora ē:tenebrisq; īdulta potestas.
I amq; trahebatur passis adameia palmis
V ictima.nodabat prætētum colla capistrum:
F erratæ si non arcebant illa cathenæ.
N on aliter celsam taurus mactandus ad aram
D ucitur:indomito cum uix custodia magni
A gricolæ tardis nectant uestigia loris:
E t caput incuruent:obluctantemq; macello
C eruicem fusis cælo mugitibus arctent.
V nū tanta cohors & inermem armata trahebat
C onsilio Iudæ dominum tradentis:ut illi
D ucendo nec cauta manus nec idonea deesset.
O mnes insultant stanti.violentius omnes
A ttrectant:dirisq; modis in uincula cogunt.
C redo equidem uideor scribens non uisa uidere.
A d pœnam unanimes.modus at diuersior illis.
S ic sunt qui doceant necti.sic ille trahebat.
D ucentem is reuocat.reuocanti innititur alter.
Quisquis ut officiat præsto est:partesq; nocendi
O ccupat:& socium non tanto admittit honori.
V t cum florentes per agros & uerna uiator
P rata uagos passus nil ultra conscius errat.
E cce ibi gramen apes inter circumq; uagantes
C redula gens nimis & domui natisq; ꝓpinquis

I nſidias de more timens. mox agmen in ingens
C ominus arrigitur: celereſq; proteruius alas
E xpedit. horribiles fulgent ex æthere nymbi.
F it fragor. una oculos intendunt acriter omnes:
P ræcipitiq; uagum cirumpreſſere ruina:
T elaq; diſcutiunt: & in armis fulgurat atrox
N on niſi compreſſo rediens exercitus hoſte.
S ic dn̄m numeroſa phalanx pars occupat ora
P ars retro ſuppreſſis exaſperat ilia pugnis:
E t feſſum properare iubet. properare uideres:
T anq̄ qui mortem affectet plus omnibus unum:
E t tamen adiectis una clamoribus omnes
T urpibus oſceniſq; nimis clamoribus una
C ompoſitiſq; minis urgent. iam pœne fatiſcūt
Quæ mox īnumeris ſeruantur corpora pœnis.
H os igitur motus inter diſtractaq; membra
V elatum geſtaſſe caput tunicamq; putabis
A ccinctam? laceros turpi circnmſpice crines
A ſpectu: partemq; togæ non corporis ullam
I n proprio reſidere loco. cedebat ad omnem
I mpulſum: denſis quare ueſtigia tardans
I nuolucris. augere nouos eſt uiſa labores.
H ic puto clamaſſent alii: ueniamq; petiſſent
O rando. preſſo chriſtus taciturnior ore
P erſtat: ut elinguem factum captumq; putaſſes
S enſibus: & ſolitas aures non eſſe tacenti.

P ræterea incuruo tellurem uertice cernens
I bat.non ausus oculos attollere cælo
C ælo inq̄ patrio:cælo quod solus ab æuo
I ngratis fabricans tegimen mortalibus esse
C onstituit.gratis patriam dedit esse beatam.
E rgo manus instar uictus post terga latronis
D ucitur omnipotens latro:qui tradere latro
O mnia:qui nulli præter rapuisse salutem
N ostram concessit:uitamq; miserrimus egit.
Qui nihil eripuit cuiq̄:qui tradere uenit
S eq; suumq; uolens regnum cælumq; paternū:
O mnia mendicat uictum uestemq; laremq;.
N il latro morietur hn̄s.tua coniugis euæ
A dam poma luit.parui contemptor es ipse
S eruus mandati:deus in sua corpora totam
I mpleuit legem.quondam peccauit iniquus.
P lectitur.ab perfert & non sua crimina iustus
C rimina fœminea concepta cupidine primum
M ox omnes populata uiros.de cardine cæli
V idit:& aspectam tulit in se latro ruinam
H ic inq̄ latro:qui prodigus omnia donans
P ro condemnatis mortem mortalibus ultro
E legit mortemq; crucis pendendo subire.
T alia cernentes & quæ non pectore possis
C oncipere:ipse loqui nequeam:fugere locosq;
A uersos tum discipuli subiere.tenebræ

A uxilium trepidis & nox obscura ferebat:
C eu leo marmaricos inter magalia saltus
C ollibus a summis spectans. pecuaria pastor
C ircuit: & pecudes meliora ad pascua ducit.
I lle solū horrenda quatiens cū murmure cauda
I nsilit. obstantem prætento stipite primum
P astorem & frustra gladio saxoue minantem
O ccupat: euulsa quem mox ceruice trucidat:
P erq; artus uictor laceros fusumq; cadauer
S æuit: & illicito circumfert prandia rostro.
I ncolumis dum pastor erat: discrimina belli
D um tulit: & iaculo incursantē ꝓpulit hostem:
P astoris post terga metu contracta locoq;
P lurima ouis iam non multo subsedit: & ultra
C ertantis dubiam pro se non exiit umbam:
M ox ut ab ingrato uidit regnare leonem
M arte: fugam sibi carpit ouis: tutisq; salutem
E xquirit tenebris: & ad inuia saxa recedit.

B onini Mombritii Mediolanensis de dominica passione liber tertius.

IAmq; cohors supā cū christo fert̃ ad urbē
Captiuo. sequitur dñi dilecta Iohannes
Terga. petrꝰ iuuenē senior post ibat amatū
S eu qa plus trepidet: qui plus fuit ausus: & ipam

P ro domino timuit iam non exponere uitam:
S eu quia nō æquet uolucrē grandæuus ephœbū
P ars auidum retro iuuenem despectat. in illum
I nsilit & præhensis tenuerunt uestibus ille
S yndone dimissa uacuas effugit ad umbras.
E xcessit nudus. tenui nam mēbra tegebat
V este puer tantum. facile ergo lusit inanes
I nsultus: & se tunica subduxit ab ampla.
I n se tum rediens tantum damnare pauorem
C œpit: & abductum desolatumq; magistrum
P one sequi senior quare uestigia Petrus
C onuertit: paribus sed non hūc passibus æquat.
A tria iam sæui ualuis sublimibus Anæ
T ūc caiphæ soceri penetrant. nā prim⁹ ad Anam
F ertur: & ingentes exasperat impetus iras.
P ræsulis a foribus Petrus secluditur intro
P ontifici ꝙ notus erat Iohanne recepto.
H uius adhortatu Petrus est admissus in illum
C onuertens ancilla oculos: habitūq; reuoluens.
C aptiui num fere uiri sis istius: inquit
D iscipulus. mulier quod ais responderat ille
N escio. quo primum christum se nosse negauit.
T um uero coram dn̄s dum præsule uinctus
S taret & impactis loro post illia palmis:
A udaces circum serui promptiq; ferire
A ssultant. oculis pandunt nutuq; furorem

S æui lætitia toruumq; tuentibus hirquis.
M ulta super tum doctrina lateq; coactis
D iscipulis Anas rogat. ille timore latentes
T ransit discipulos. doctrinæ publica dixit
E sse suæ monimenta Palam: temploq; solere
I n medio quo Iudæi turbæq; frequentes
C onueniunt nihil occulto sermone docere.
C ur me ꝓinde rogas: inqt sunt nempe rogādi
Qui non clam: coram sed me audiuere loquētem.
E x iis quæ fuerim disces non pauca locutus.
V ix hæc desierat: cum quidam ad uerbera ꝓmpt⁹
S eruorum dextram summa librauit ab aure:
P ercussitq; sacrum qui prospicit omnia uultum.
A ccipe: & hanc alapan in te conuerte: genasq;
L ector finge tuas: ictum quibus improbus ille
I ntulit: & ualida discussit tempora palma.
C ur ego non illic aderam? cur sæcula tardum
E t me non illis uoluerunt esse diebus?
O h me felicem. medius tū scilicet Anam
I nter & astantem dominum si forte fuissem
D irum uidissem seruum: scelerataq; ferri
V erbera: & illatum domini super ora fragorē.
M e medium præceps inter seruumq; piasq;
I ecissem domini malas. me percute quæso.
P ercute me: tū clamassem. quo uertis? in ora
H æc rue. pando genas. has tu contunde patentes.

P ercute me.conuerte manum:dignumq; feriri
A ccipe.trado libens quæ tu percuſſeris ora.
C orrige mendacem dextrã.non ille petendus.
F alleris.ĩnocuus quid enim commiſerit agnus.
T am purus cunctiſq; uacans a ſordibus agnus.
M e qui cauſa fui me corripe:tũde:flagella:
O brue aquis:ferroq; ſeca:meq; ignibus ure.
P arce nihil merito:& cui uis me proiice morti.
H eu heu ſed dominum ferit irreuocabilis ictus:
A lliditq; genas.neq; enim liuore carere
P oſſe putes:tanta quas is percuſſit in ira.
I lle tñ manet ĩmotus:& ut hactenus ore
A tq; animo longe conſtans.ſi peſſima dixit
V erba tuli:qui ſim dic peſſima uerba locutus.
S i bene reſpondi:qua me ratione laceſſis?
C orrexiſſe uirum uoluit non mente moueri
H is ſeſe uerbis dominus.tum reddita quanq̃
A ltera non ſeruo fuerit maxilla ſuperbo
V t prius ipſe ſuum docuit paulo ante ſenatum:
N on ſua ſe contra cõniti iuſſa putato.
V erberibus cũ fronte animũ iubet eſſe paratũ:
N on ipſam facto ferienti tradere frontem
I mperat.obſequio ſatis eſt ſeruire parato.
T ũ uero ad Caipham nodato corpore ut ante
P ontificem ad Caipham generũq; ĩfenſior Anas
M ittit.eo tum compoſito conuenerat omnis

Turba sacerdotum scribarūq; agmina & acres
Dulcibus insidiis pharisei. nanq; sub umbra
Religionis atrox populo mala gramina uirus
Et speciem sanctæ norant prætendere uitæ
Hic furor increuit longeq; rapacior ira:
Atq; nouis animos faculis uiolentius armat.
Vt cum forte rubos aut densas uimine sepes
Subiecta prius exigua flatuq; tepenti
Scintilla flamas fométa per arida quærens
Pastor maiores ut post exultet ad ignis.
Collectos subicit fasces: & grandia cædit
Robora. ꝓcūbunt piceæ: nec parcitur altis
Illicibus: patulæq; cadunt cū frondibus ulmi.
Per lucet modicus primum. tū concitus altam
Compagē impellit: flamisq; sonantibus auras
Verberat &: totū picea caligine cælum
Implet edax ignis: uictorq; per aera regnat.
Nox erat: & gelidi spirabant frigora uenti.
Præsulis accensos domus hinc feruebat ad ignes.
Ante focum multo quatientes mēbra rigore
Serui adsunt. una petrus est succedere uisus:
Inq; ministroꝝ media residere corona.
Prætendēsq; manus flamis: artusq; seniles
Circūquaq; fouens: gelidas ut sæpe pruinas
Noctis: & hybernos algens cū uipera uentos
Inq; sinus & septenum collecta uolumen

E xcessit.tepidos uestigat ubiq; uapores:
D onec ad auroram uertat radiosq; sequentes:
E t matutino distendat corpora soli.
A ltera quem postq̄ ad prunas ancilla sedentem
V iderat ex eius hic est consortibus inquit:
Quo dicto christum rursus se scire negauit
P etrus:& hic gallus cantum dedit.hora deinde
P œne moram fecit:cū quidā ex igne ministri
A ccedunt:petroq; aiūt.tu scilicet huius
E s de conuentu.nanq; es galileus:& ipsa
T eq; loquela facit clarū & tenor indicat oris.
P ræsulis e seruis medius quin astitit alter:
C ui petrus auriculam gladio cognatus abegit
I lle quidem fuit:& petro insultare sedenti
C œpit.eras nū cum Iesu.te nempe sub horto
H is oculis secū uidi.non distulit ultra
D etestari hominem:periuraq; nectere uerba:
E t pro corporea mentem incestare salute
N ec dum desierat fari:cum protinus alter
I nsonuit galli cantus.pia lumina Iesus
C ladibus in tantis flexit:curamq; negantis
E git discipuli.sensit uibrata salutis
T ela Petrus:trinūq; semel sanantia uulnus.
E rgo fores exit caiphe.manare liquores
P erpetui lachrymisq; genæ cœpere natare:
V t geminos oculis credas erumpere riuos:

S qualentem barbam corpusq; inare per omne.
N on aliter: q̄ cum subito nubecula uento
S parsa coit densos & mox nigrescit ad imbres:
P erq; nouas messes & prata uirentia rorat.
H inc in consuetum Petro quot noctibus esse
C œperat a primo galli consurgere cantu:
E t matutinam flændo durare sub horam.
L urida tam largis lachrymis & adusta frequēti
T abuerat flætu facies. non sufficit umbris
N octurnis ea pœna. sinu sudaria gestat:
E t quotiens animo tam sæua negatio surgit:
C antantem aut audit gallum. rorare bisulcam
V idisses barbam: uultum torrentis & instar
C urrere rugosos & aquas undare per artus.
P ontificem interea sæuis clamoribus alto
N itentem solio & christum toruo ore tuentem
O bstipant. repetunt causas: & crimine longe
Quæsito fictos ardent inducere testes.
S ed neq; fallendi comptus idoneus auctor:
N ec iustam mortis posset qui reddere causam.
I nsanos exin scribas pharisæaq; credas
A gmina: consilium ꝙ res minus explet iniquū.
I amq; uidebantur conceptæ ponere fraudis:
S pemq; & successum diris non credere cœptis:
C um duo composita testes accedere lingua
S unt uisi. tuto tum sic periuria coram

P ræsule confingũt:possum hic euertere dixit
H oc ego nempe dei triduoq; reponere templũ.
H ic astans in humum demisso lumina uultu
C bristus figebat.falso testantibus aures
P ræbebat surdas:nec uerbum ex ore liquabat.
P ontificem mouet ira.throno tũ surgit ab alto:
G rande aliquid turba tanq̃ spectante paret
E fficere.obiectis nihil hic ait ille resistis
C riminibus.tacito dn̄s nihil intulit ore.
Qualis in Ionio quæ prospicit africa rupes
L ittora diuersis assultant undiq; uentis
I ngenti fluctus metuendi mole:ruũtq;
N unc dextri nunc a læua.celsissima repunt
S axa:crepaturis seq; inuoluere procellis.
I lla inconcusso manet obice firma:nec æstus
A estibus aduersos nec flabra minantia curat.
T um magis exarsit caiphas:christũq; silentem
A diurat:uiui si sis dic filius inquit
T une dei fuit hic olim:qui pessima quanq̃
C onsilia egisset:uates tñ improbus esse
V isus erat.sonat e malis qn̄q; nefandis
V ox ueri patiens.quicq̃ nescitis amici
I nquit opus.ne gens omnis intercidat:unũ
N empe mori caput est.nunc cũ uæhemẽti⁹ipsũ
A diuret dominum dn̄s si dixero uobis
N on credetis ait nec respondere roganti

F idetis mihi.ppea cum nubibus alti
F ilius est hominis cæli uenturus.& illum
A dextris uobis dabitur spectare sedentem
V irtutis domini.sæuit uæhementius ira
P ontificis uestem scindens.quid longius inquit
O ptamus testes.patuit blasphemia nobis
E x eius quam nos omnes audiuimus ore.
D icite quid tandem uobis aliquando uidetur.
A ssensere omnes:& dignum morte per aulam
P estiferã acclamant.pro me quis pauca reponat
A b hic uerba?precor scriptorem quenq; relictam
H ic mihi particulam supplere.proteruius acta
I n dominum nec lingua meũ nec carmine musa
E xpressisse potest.pudor & dolor undiq; uictum
I ngenium premit:& solitas in pectore uires.
I amq; tace mea musa.queras tam turpia fari:
H ostibus & quæ sint ipsis inhonesta relatum?
D icite uos alii scriptores.parcite:fesso
E t non audenti partem hanc attingere.possim
I llusumne loqui dominum.prouincia sed me
H æc mea me miserũ tangit.postq̃ im pba mortis
E sse reum sanxit:manifesto turba furore
N ulli dedecoris parti probroq; pepercit.
I n sacram pars effigiem sanctisq; cupitam
O mnibus effigiem cerni:fœdissima iactant
S puta.oculis hærent:& puris marcida labris

F ronte quidem pendere putes & ab ore genisq;
Quondam purpureis:& mixto dulcius albo.
C onspicuis populos gentesq; trahentibus olim.
N unc fœdis nũc exangui pallore situque
I nfando:humanos quæ non admittere possint
I ntutus.tantum est diuini dedecus oris.
P ars audent oculos posita præstringere uicta:
E t colaphis tacitum cedunt:palmasq; sonantes
I ncutiunt teneris inhonesto uerbere malis.
S ed neq; cõtemptus nec atrocis uulnera linguæ
P lurima nec uarii generis ludibria desunt.
A dde:q; ad largos huic illusere cachinnos.
C hriste prophetiza:quis te percussit:& altas
I nfligunt alapas.malæ tremuere:uicesq;
I ngeminant:ueluti plures cum fuscina fabros
V rget.inæquali maleos a pondere torquent
A rgutasq; uices & amœnæ consona uocis
C romata conficiunt.uarios incude sonora
E xplent tinnitns:manifestaq; carmina condũt.
Qualia pythagoram primum inuenisse fatentur:
C um nondum citharis usus fidibusue fuisset:
E t nondum inuentis non esset gratia neruis.
I lludunt igitur uicibus:rerumq; potentem
E xcipiunt probro:fusisq; ex ore cachinis:
T antane maiestas diuina potentia summi
R ex cæli rerumq; opifex mundiq; repertor

T antus & obprobriis hominum dñsq; deusq;
O biicitur. factus propriis illusio seruis!
V no qui poterat facili tam perdere nutu
S ese illudentes: mundum q̄ perdidit omnem
V ndarum illuuie pluuioq; sub æquore mersit.
A ngelicas tecum qui lucifer ante cateruas
P ropulit e summis astris: imamq; coegit
A eternis Erebum tenebris igniq; subire
N ullo euasuros decretas tempore pœnas.
M ane erat: & totam prodibat fama per urbem:
C ertior exacta cōprehensum nocte prophetam
I esum seruari uinclis. coit undiq; uulgus
S pectatum matres properant puerіq; senesq;.
N on aliter: q̄ cum solymos conscendere muros
V itro sessorem citroq; aspexit asellæ
P lebs complexa nouis uenientem laudibus: altas
E t daret ad cælum uoces: & cantica tanquam
T olleret in uerum patrio diademate regem.
H inc una scribæ pharisæaq; concio turbam
C redere cuncta leuem cingunt: suadétq; uocare
A d pœnam patriæ frangentem munia legis.
I nterea trahitur manibus post terga tenaci
A strictis loro dominus. celerare nefandos
A nte sacerdotes credas senioraq; uulgi
A gmina romani. celsas prætoris ad ædes
Quisquis iter molitur. erat mos certior ipsis

I udæis patrium possent ut mandere pascha:
G entiles aditu non introiisse penates.
V idit & indoluit dn̄m quem tradidit esse
D amnatum Iudas: trigintaq; rettulit æra.
V ænalis precium domini. senioribus inde
P rincipibusq; sacris plane peccasse fatetur.
S e iustum tradendo uirum. quid talibus illi
A d nos respondent. tu uideris. ardua templi
N on procul ara fuit. petit hanc insanus Iudas:
A rgentum & medii iecit testudine templi.
E xcessit furiis & atroci concitus ira:
C onsiliiq; salubris inops non credidit ultra
E xtincto nec opem christo nec certa parari
P osse sibi auxilia. at spem perdi iustius ōnem
N eue locum ueniæ fieri: qui prodidit ipsum
A uctorem ueniæ. contortum proinde rudētem
N ectit: & informi crudelia guttura nodo
I mplicat. elisis erupit faucibus atrox
S pūs infernas merito mox raptus ad umbras
D ignam pro tanto passurus crimine pœnam.
I ngentem interea qui senserat esse tumultum
A nte fores prætor: patefactis ædibus ipsum
C um populo uinctum cernit consistere christū:
C ertus quem uinctum populus sic duceret: esse
D amnatum hebreis: & in hunc sententia coram
A prætore foret mortis de more ferenda.

E rgo non a me fieri quid quæritis inquit:
S ed cuius hoiem damnastis criminis istum.
I lli indirrecte contra nec crimina certa
O biectāt.cupiūt iustos se nanq; uideri:
C rimen & in stātem christū transfere.superbo
O re igitur si non esset malefactor & atris
F lagitiis (ainut) notus non tradere uinctum
A nte tuum scieris nos hūc pilate tribunal.
I lle per inuidiam norat confingere falsa
A ccusatores.legem quare inquit habetis.
H unc uos arripite:& uestro pro iure iubete
S istere iudicio:patriasq; exoluere leges.
C ontra:non quenq̄ nobis respondit hebreus
O ccidisse licet.nostrum est examina latis
I ntendisse reis.tu præsidis utere parte:
E t tua iudicium firmet sentētia nostrum.
Quin inuenimus hunc.gentem subuertere nostrā
C æsareoq; dari fisco prohibere tributum
D icere seq; palam christum:regemq; uocare.
V sq; adeo in dominum populus desæuiit atrox:
V t iam non metuat certum proponere falso
C rimen:& audaces mortis confingere causas.
N am neq; subuertit sanctos quos uiuere mores:
E t uero parere deo cælumq; uereri:
E docuit.quæ cæsareo mens sana tributum
A udeat hunc reddi prohibentem dicere fisco:

I llius ostenso sibi quando numismate iussit
E t diuina deo simul & quæ cæsaris essent:
R omano reddenda duci?ne scandala porro
E ssent iudæis:pro se petroq; tributum
S oluit:ab exerto piscis quod reddidit ore.
P ræterea regnum obiicitis.terræne poline
O biicitis regnum?rex est terræq; poliq;
I lle tamen.regis uerum nō eminet instar
C ui uel parua domus desit:qua fessa reclinet
M embra.cibum qui quottidie mendicet:& errans
B is senis cum discipulis uelut exul:& omni
V rbe relegatus uitam per mille laborum
N omina multiplici plenus sudore peregit.
C ur regnum obiiciunt:qui cū paulo ante creare
H unc regem uoluere manuq; īponere sceptrum
E t dignam tanto prænectere rege coronam.
I ngentem paucis turbam quod panibus atq;
P isce quidem modico saturam dimisit.ab ipsis
F ugit.& in sūmi uicina cacumina montis
C onscendit.regnum latuit quo fugeret ultro
O blatum.serui formam qui cepit:heriles
N on tulit ut sumptus:sic maiestate carere
R egali uoluit:fragiliq; excedere pompa
V tq; reum triplici dominum de crimine præses
A udiuit:regis tantū de nomine longe
S ollicitus.uinctum penetralem duxit in aulam

T ũ rogat an ſit rex:cui chriſtus an hæc ait ĩquis
A te:an dixerunt alii tibi talia de me?
N unquid ſum Iudæus ait pilatus.hebrei
G ens tua pontificeſq; tui te tradere certam
A d pœnam mihi contendũt.quid feceris:ede.
I lle meum non hic regnũ eſt.non impero mundo
H uic ait.hic nam ſi regnarem:tela frequentes
P ro me geſtarent:& inirent bella miniſtri:
V t non ad pœnam Iudæis traderer.exin
S cire meum potes hic regnum nõ eſſe.quid ergo
R ex es:preſes ait.tu chriſtus rettulit inquis:
S im ꝗ rex.his nam terris ſum natus & orbem
H unc ideo acceſſi:ut teſter ueriſſima:ſimq;
I pſius interpres ueri.qui diligit illud
N on a uoce mea fugiens me ſedulus audit.
H æc ubi dixiſſet:quid id eſſet deniq; uerum
P ontius exquirit prætor:reſponſa nec inde
E xpectat:populum ſed adit clamoribus extra
F lagrantem.nec crimen ait nec mortis habere
H unc hoĩem cauſam ĩuenio.quatit æthera maior
C lamor:& aduerſũ magis excãdeſcere uulgus
C œpit Iudæam Galileæ a finibus omnem
I ſte docens cõmouit ait.pilatus ut illum
E ſſe quidem didicit Galileæ gentis alumnum.
G entibus herodes illis tum iura tetrarcha
D icebat:ſolymiſq; moram tum forte trahebat

H ũc igitur licet herodem grauis ante ſimultas
P ilatumq; habuit clarum tranſmiſit ad hoſtem
F unibus intortis uinctum.pro munere tanto
G audet:& aſpecto tetrarcha exultat Ieſu.
Iampridem audiuit uulgo notiſſima ſigna
D emone uexatos ſolui:febrilibus uſtos
I gnibus inuenta mox aſſultare medela.
C urrere uel claudos.cæcos agnoſcere cælum:
E t uita functos certa de morte uocari.
C redidit Herodes a tanto ſigna propheta
T alia ſe plane coram ſpectante uidere.
E rgo multa rogat:deſyderiumq; uidendi
S igna ſuper uacua docet & miracula cura.
S tat facie pronus uultuq; ĩmotus:& ullum
N on dedit herodi uerbum taciturnus in omnem
E uentum Ieſus.quales ubi marmore uultus
V ideris effictos pario:ſtat poſtibus amplis
C erta figurarum dimenſio.uiuere credas:
E t rerum formas oculis captare manuq;
A ut gladiũ aut ꝑmas pharetras aut ferre ſonãtes
A d uiſum quanq̃ faciles:diuerſa uidentur
C onari effigies opera:& ſe ferre per album
M obilibus marmor mẽbris.immota manere
C rede tamen:ſtatuaſq; unum ſeruare tenorem.
E rgo quem tacitum nec mutua reddere uerba
A ſpicit herodes:fatuũ ſenſuq; carentem

C redidit omnino.ſcribis occaſio quare
O pportuna datur:magis accuſare tacentē
Quare contēptū ſpreuit tetrarcha:togamq;
I nduit albentem.qui mox amentibus eſſe
D icitur.hoc ſigno fatuum.confeſſus.amico
T aliter effecto prætori turpe remittit.
N anq; odiis prius haud paruis egere uiciſim
Quod gēus hoc hominū ?fatuū tetrarcha putauit
S amariten ſcribæ.phariſeia dæmone turba
V exatum dixere.feri ſubuertere gentem
P ontifices clamant.populus cui ſæpe ſalutem
V italem tulit:ad mortis ludibria poſcit.
S olus gētilis prætor nec hebreia doctus
I ura:datas leges nec cornigero moyſi
N ec quæ de tali ueteres q̄ plurima uates
P rædixere uiro:poſt longa examina coram
I nnocuum dixit:nec cām mortis habere.
S ed datus eſt nobis exemplum ut gentibus eſſet
T antū poſſe malis ut homo ſuccūbere uerus:
Quam nos æterna deus ut donare ſalute.
I bis ab herode fatuus.qui miſſus ad illum
P ræſidis innocuus:nec dignus morte fuiſti
I udicio.ſæui primū conſpectibus Anae
C æſus ab indigno fueras ſuper ora miniſtro.
A d caipham mox diſtractus maiora ſonare
V erberaq; & colaphos audis:patuitq; pudendis

S putis frons hoīum pulcherrīa uultus & ī quē
A ngelici cœtus incorporeæq; phalanges
O ra ruūt sitibunda: sitim nec cōminus explent.
N unc audis te contemni: īsanumq; tetrarcham
D icere te fatuū. duras prætoris ad ædes
I am reuocas miserāde gradus. ibi grandia duris
V ulnera de uirgis adigi præludia morti
V icinæ heu cernes. quis tam sceleratus & atrox
T empla licet ferroq; sacras euerterit aras
F amosusue latro: moecus: grassator: auarus:
C umq; domo dulces natos caramq; iugalem
P erdiderit: patriā & flamis īuoluerit omnem:
Quis multis adeo pollutus cædibus uni
P areat ut plus q̄ censori: unumq; tribunal
I mmutet pœnas merita pro morte daturus!
O mnibus hic uero qui tradidit omnia. nulli
Quicq̄ præripiens summæ pietatis amicos
E rga omnes odiis & quos inuenerit hostes:
Qui ne deficeret quicq̄ cælestia danti
M unera: seq; suamq; tulit concedere carnem:
A d mortem crucis & sæuis tortoribus ultro
H ic inq̄ deus & plena uirtute quaternum
C ogitur obprobriis plenus lustrare tribunal.
L udicra ceu pueris pila colludentibus icta
N unc prope nūc longā pedibus uersatur ad aulā.
N unc terræ assultans promotis insilit astris:

N ulla quies uolucri: nulli concessa locorum
S tare: sed alterno uariari calce: pedumq;
I ctibus ambiguis nusq̄ nunq̄q; morari.
E rgo tuo contemptus abit stultusq; tacendo
C reditus a uultu. sensu galilee carere
R ex insane putas hominem pro tempore uerba
C laudentem tecum nec aperta fronte loquentem.
C ur tacuit: nescis ut plur... a. scilicet esse
D ementem tu posse putas: sapientia cuius
N aturamq; supra populos celebrata per omnes
F acta patent auresq; tuas audita tenere
I n desyderio tempus potuere per ingens.
T e iuuat auditus. uisus te decipit. illum
C ernere cōtemnis: quem corā audire laboras.
M iraris tacitum: nec tecum mutua fari
V erba. uirum sed debebas qui talia fecit:
Qualia per populumq; tuum gentesq; remotas
P ublica dicuntur certis auctoribus esse:
T ecum propterea non insanire tacendo.
N am non tantus eras: qui tanta silentia posses
P ectore metiri: tenuiq; capessere mente.
P ræterea non dignus eras: audire loquentem
T ecum: qui poteras non aspexisse tacentem.
I amq; a conspectu ueluti stultissimus ibat
R egis: qui summi plena est sapientia patris.
D iscordem qui mirandis compagibus orbem

N exuit:& uarias certa ratione coire
D ispoſuit cauſas.uaſti ingentiſſima mundi
M achina cum ſummo pars ſcilicet infima cælo
H is manibus uinctis:& quas liueſcere loro
C ernitis ad moto facta eſt.diſcordia magno
S ydera tam campo certis a legibus ire
I uſſit:& æternum non intermittere curſum.
H ic eſt:ardenti face qui luceſcere ſolem
I nſtituit.princeps lumen ſed ut ipſe receptum
L ege tamen uaria ſociis impertiat aſtris.
I ſq; die muudo flamas ea nocte uiciſſim
I mpendant alium gelidæ ueſtigia lunæ
L ambere non læſis iuſſit tamen illius ignem
P artibus.inferior leuibus cū nubibus aer
I nter aquas medius ſurgit ſuperoſq; calores
E t pariter deſpectat aquas terramq; patentem
M axima nanq; eius fluuidis abſcunditur undis
P ars homini minor ī ſicco nudatur alendo.
H eu homini nimium ſæuo:qui cuncta creatus
S ub pedibus calcaare ſuis uolucreſq; feraſq;
I mperio regere:& piſces domitare ſub undis.
A rboreos quin prouentus & in horrea meſſes
C ogere pampineumq; cadis ſeruare phalernum.
C umq; ſolo ſtellis domino donante potiri
H oc inq̄ uincto domino ſtolidoq; putaro
T antorum auctorem certat damnare bonorū

6

H ũc udi conspexit.tunica cadente remissum
P rimores auida prætor cũ plebe uocauit.
Hũc hominem tanq̃ populos auerteret:inquit
A d me sumpturum poenas duxistis:& ecce
C rimen in hoc nullum inuenio:causamq; rogante
E x his me uobis coram:quibus undiq; primum
A ccusastis eum:nec qui cadente remisit
H erodes tunica mulctandum morte putauit.
D ixit ut hæc:stantem populus contũdere multis
C œpit criminibus neq; enim quæsita repente
C ausa coloratis liuoribus abfuit:atq;
C opia carpendi sollertes fecerat usus.
E t mala fallendi ratio.tenet ora:siletq;
I esus ut in mediis tacitus tonsoribus agnus.
Quis uerbum tacuisse putet.mirabile dictu
E st uisum tamen æterni obmutescere uerbum
P atris:& ut surdus linguæ sine constitit usu.
N on ne uides hic prætor ait:te qualia contra
E xponunt.neq; enim quicq̃ accusantibus illis
R espondes.pergit dñs:nec iam amplius ultra
O s aperit.longe præses stupet inscius huius
C onsilii.uenit in mentem:tum gentibus illis
E sse quidem morem circum paschalia festa
Quos e damnatis repetant soluisse solere
P rætores.memores id agunt se finibus olim
E ductos phariis.id libertatis haberi

S cilicet indicium priscæ. proh quantula priscæ
I d libertatis pars est. age dicite prætor
I nquit enim hoc festo scitis consueuimus unũ
S oluere: quẽ libeat uobis e carcere: uultis
A n christum uobis an me soluisse Barabam!
H ic paulum pilate cadis. huc diceris usq;
E sse bene huic homini siqdem uoluisse. laboras
N ũc læuam in partem: nec coepto limite pgis
A n christum petis: an liuor de morte baraban
E ligat hebreus. non est ignota simultas
I am plane manifesta tibi. tantoq; tumultu
E dita: perq; uiri claram patefacta ruinam
A uribus ut uugli sonuit patrumq; Barabas:
H unc solui petiere: dariq; e carcere dono
S olemni de more die. quid deniq; christo
S im præses facturus ait. clamoribus omnes
F ige cruci ingeminant longis. quid dicite fecit
R ettulit iste mali! fecit causam nam mortis ĩ illo
E xquirens non inuenio. inualescere uulgi
D iræ cœperunt uoces: itidemq; petebant:
F ige cruci: & nobis damnatum morte relinque.
E xclamare libet. procul hinc o rhetores ite.
P arcite. nunc aliam: uestram non quærimus artẽ.
R arius est uestrum exclamare: grauesq; querelas
P ectoris: & coram indignos iterare dolores.
H ic ego cur uestræ fio non ĩmemor artis:

N ec tm̄ lugere datur? cur deficit humor
H eu his ex oculis? lachrimis cur dulcibus ora
H æc mea nō sudant? cur claris missa querelis
P arcit:& egregias nō eliquat illa lituras?
N am dominus tā mult⁹ amor: quo multa dolere
N ostris pro culpis elegit:& aspera mortis
F ræna pati: nec se tantis auertere probris:
V t nunc sit niuea tunica contemptus: ut amens.
N unc accusari falso: claroq; latroni
C onferri passus se sub prætore barabæ
S it non ignaro tātæ imparitatis:& inde
S npplicio solui. manifestum sæua latronem
V ota petant populi. mactæ uirtutis alumnum
C larumq; officiis morti damnare laborent.
T antane flagitiis uirtus & tanta malorum
G ratia: flagitiis si sit tamen addita uirtus
I ndignisq; hominum iungatur gratia factis?
V nde homini tanta ē animi demētia? dicam:
N e rabies furor aut lymphaticus? optīa damnēt
P essima collaudāt. uirtuti tallio pœnam
I ngerit obsequium funestos uendicat hostes.
P ro uitio fauor est uulgi sacriq; senatus:
E t latrociniis inuenta est gratia. laudes
E rgo præda parit. decus inuenere rapinæ:
E t prodest nocuisse. nocet prodesse uolenti.
H æc igitur causa est: tuto quod obesse nocentes

A spicis:& pleno dominari iure superbos
Quando quidē sceleri locus est:& multa malorꝝ
A ssurgat merces operi.contraria pœnæ.
D edita sit uirtus:& cladem laudibus æquet.
S ed iam dillatis redeo.dum talia late
I nter atrox uulgus & amici præsidis iram
V ersarentur.ad hunc mox sedula destinat uxor
N il pilate tibi iustoqꝫ putaueris illi:
I nquit.ob hunc hodie sum plurima passa tuēdo:
P rætorem quæ res totum cōmouit:ut omni
Qua posset ratione reum de morte leuaret.
P er uarios præstare putans hunc uiuere clades:
Quā dare non meritæ se iudice corpora morti.
T ale igitur sibi consilium cōmentus inane
M ox fuit.ingestis hoīem torquere flagellis.
E t coram lacera populis ostendere carne.
S anguineos toto spargentem corpore riuos.
V t si forte feram fera tam spectacula gentem
C ōmoueant.hoīesqꝫ homini miserescere cogant
V iuenti:quanq̄ speciem morientis haberet:
T umqꝫ odiis pleni tam dira clade redirent
C onspecta pœnæ:merito quæ pasceret hostem
Quemlibet:hyrcana quanq̄ de tigride natum.

B onini Mombritii Mediolanensis de dominica passione liber Quartus.

NOn satis urẽtes colaphos palmasq; tulisse
In faciẽ:& lõgos coram spectasse cachĩnos
Astantem sæui primis conspectib⁹ Anæ
T um Caiphæ soceri.patuit contemptius ante
H erodem reduitq; palam maiore cachĩno
M ultiplices in eum iam conspirare labores
A spicis:et tortos late saeuire per artus:
V niusque mali finis gradus esse futuri
C onspicitur.uires augent patiendo capaces
A erumnæ.uelut antiquam cum uipera pellem
E xuit:inq; nouo coram se corpore profert.
C ircunfert oculos:sed nõ quos fregerit olim
V isus hebes:uastis & inambulat ardua campis
P lus animi renouata gerit:uiuitq; iuuenta
A crior:admissis & obit quæcunq; piclis.
P ars erat interior lata prætoris in aula
I llo pilati iussu traxere uolentem
A gnum carnifices.detractis brachia loris
R edduntur:uictæq; manus retinacula retro
D estituũt.cinctas iussus tum ponere uestes
E xuit:& nudis apparuit undiq; membris.
N on sine suffuso credas uerecunda pudore
M embra palam fieri.sed qui iam corpora morti

S ponte dat: & duris offert se sponte flagellis
C arnifices inter uiles altosq; cachinnos
N udas exibuit conceptas uirgine carnes.
E rubuisse putes dominum: niueasq; colore
I nfecisse genas. animo uelut integra turpes
I nter raptatur per uim quæ uirgo cynædos.
P allia nanq; cupit demptas & corpore uestes
E t quam ueste nequit manibus tum sedula ptem
D efendit: celatq; sinus utcunq; patentis.
H æc ea molitur fuerit si libera. partem
Quam tu defendes manifesto christe pudore:
Qui sis multiplici nodatus brachia loro
T otaq; marmoreæ constrictus mbra columnæ!
H ic nondum effusso spectares sanguine mbra
I ngenti pallere metu. trepidare frequentes
A spicis in nondum pulsatis illibus ictus.
N octurnis ut forte lupis qui matre relicta
O buiat & campis agnus syluestribus errat.
E rrantem uidere lupi: factaq; corona
I ncludunt frustra repetentia murmura matrẽ
M ater abest: & abesse uidet qui cingitur agnus.
Quid speret: uel quo fugiat circũdatus acri
Quassantum rabie longos in acumine dentes
L anigerũ timor intergum percusaq; crebro
I llia decursat motu. sine uerbere uenter
I ntremit: atq; sonum nullo feriente remittit.

N ec mora ſacrilegi tortores aſpera quaſſant
A equoreis quæ de iunciſ legere flagella.
M unus id e multis plus offeciſſe parati
A ſſumunt:& qui longe maioribus eſſent
V iribus.indiguit tantone tenerrimus agnus
C arnifice:& tanta uti qui ſe dedidit ultro!
E rgo manus ualidas & robuſtiſſima uerſant
B rachia tortores.ſtat ī omnem lubricus ictum
I eſus:& a nullis auertit membra flagellis.
Quale ſagittiferos ſignum quod ꝓſtat ad arcus.
F irmum telluri ſolidis radicibus hæret.
Quoq; magis poſſit dimiſſa capeſſere tela:
E t non impoſitos auertat ceſpite uultus:
E xtanti niueũ geſtat pro fronte colorem.
C ertatim pronos arcus in uulnera tendunt:
E t claram lacerant.poſita ſub arũdine cartham:
D onec quod fixum ſteterat cum ceſpite ſignum
E uellatur humo tuſoq; in puluere ſidat.
A ut quales teneræ quas ſaxea uerberat uuæ
G rando uaporoſo concreta ſub aere.deinde
A cribus increpitat uentis iactata geluq;
E lidit muſtos uiridi cum palmite ramos.
P rocumbunt tota ſparſi tellure racemi:
P erq; agros frondes uideas ſordere caducas.
P rotinus incipiunt percuſſa rubeſcere terga:
I ncrepitatq; latus flagris.dant illia mæſtum

T usa sonum. crebros uenter quassatur ad ictus:
Quæq; magis patuere: magis in pectora densos
V irgarum fasces librant. tīnitibus aer
A llisus sonat: atq; reciproca murmura reddit:
N on ipsis parcūt pedibus per crura sonantes
E xcutiunt fasces: & candida sanguine tingunt.
F rontis honos intactus adhuc erat. horrida qdā
T ortorum cum flagra rapit. per colla genasq;
E t caput in curuum torquet. pars ulla flagelli
N e foret inmunis: toto sed corpore liuor
I ret ad extremas stagnans a uertice plantas.
I am loca uerberibus toto pro corpore desunt
I am turpes crustæ surgunt. iam certius ōne
C orporis inflatur spatium. iam currere teter
I ncipit & ruptos cruor exundare per artus.
T ū partem tutudisse semel non pessimus unam
C ontentus. cebras in eundem sæpe satelles
I nflixisse locum plagas. innititur ultra
H umanas etiam uires. affligere corpus
N on hoīs iuuat: & rabiem cum uerbere demū
P onere. uix stantes penitus sed frangere neruos:
E t laceras carnes & hiantia cernere membra:
V t quod confecto numeres in corpore uenas:
T ot riuos undare putes: stantemq; columnam
T ingere: puluereaq; alte se fundere terra
E n iterum patulam repetitaq;. corpora carnem

I ctibus ingeminant. en sacræ parcite fronti.
P arcite quo saltem infelix si uenerit illam
A spectura parens non agnouisse laboret.
S ed quid ago? sanctam effigiē totumq; tuentes
C um terra cælum uultus obducere largo
V ulnere decertant. loca nobiliora satelles
I mprobus usurpat: densasq; exaggerat iras.
N on erat aspectus dn̄o. ruit imber ab omni
C orpore: non aliter nymbis q̄ forte coactis
E x austro pluuio Notus ītonat humidus ore:
A tq; una tonitrus & cerula rheumata laxat.
F lecte genu: & mecum lector uestigia curua
A nte cruentatum dn̄m tam turpiter una
E xcita rumpamus lachrymis suspiria fusis.
C ur oculis cur ingrato iam parcimus ori:
E t non tam largo domini pro sanguine saltem
P recipites laxamus aquas? pars futilis hæc est:
E t quæ uel minimi narrata clade nepotis
S pgitur: & resonis impingit pectora palmis
C ur est: ꝙ nondum lachrymis aresco solutis.
V lla nec ebrietas marcentum intra exta dolorū
S udat: marmoreo neq; enim de corde uaporat?
C ulpa mea est fateor: nec qui uidet omnia soli
P eruia perpetua tenebraꝝ abscunditur umbra
H inc est duritie supero ꝙ saxa cauosq;
F rigiditate lacus uersumq; aquilonibus hemū.

P lange miser. nanq; ille tuo pro crimine large
V apulat: & iuncis non eximit ora marinis.
H unc quasi leprosum spectas: omniq; uacantem
O bprobrio. nostros ea curant uulnera morbos:
M oliturq; hoīum dn̄i contemptus honorem.
E t tu non illi grates plangendo rependis.
P ars est officii: cnm non succurrere possis:
A ffligi lachrymis saltem: & mærere dolendo.
D efectas uires lassataq; brachia tandem
N on satiata tamen diri posuere ministri.
S oluitur. inualido steterat uix poplite christus.
S parsa solo tn̄ est mox indumenta coactus
C olligere. erubuit fusas disquirere uestis:
S anguineamq; comam gestans barbāq; madentē
M embraq; tam fœdis coram incuruare ministris.
P ilatum interea clara iam uoce rogabant
I s quia se regem iampridem dixit: in illum
R egia da liceat nobis insignia coram
C onferre: & posita frontem munire corona.
D ignam ferre togam sceptrūq; immittere dextræ
A nnuit: ut qui iam contemptus esse putaret
H os: crucis optatæ curam pœnæq; leuamen.
N ec mora uix dn̄m sumptas deponere tergo
H ærentes cogunt concreto sanguine uestes.
P urpuream nectunt chlamydē: cānamq; sonantē
P ro sceptro dextræ imponunt: coguntq; sedere.

R egali tum pro serto curuantur acuti
E duris rami spinis:instarq; coronæ
A fflicto capiti statuunt.stetit hirta:nec apte
V tpote de duris spinis curuata sedebat.
P ergit in obprobriũ gens atrocissima maius.
A nte thronum posuere genu:dictaq; salute
I udæo tanq̃ regi:quæ sceptra dedere
C orripiunt:capiti positas & harũdine sentes
A ffixisse iuuat.non est illudere uerbo
S at:nisi præteritis addant iterata flagellis
V ulnera.tam forti figuntur acumine ruptæ
I ampridem spinæ fronti.creberrima rupto
V t mox e cerebro penitus se uolueret unda.
P erq; genas iterũ cruor incrudescit:& alte
I nsilit.ut multo uitiata foramine cymba:
A dmisso quæ mox feruescit peruia ponto:
E t subitas iaculatur aquas:& sydera pulsat.
I ngentes audis alapas palmasq; sonare
S anguineam in faciem.sitis est illudere tanta:
V t uel non parcant manibus pulsare cruentis.
T um demum ne quod deesset iam dedecus illi.
H orresco referens.meminisse sub ædibus ante
S it caiphæ satis atq; super.non sufficit ante
A edibus in caiphe iudæos marcida sacram
S puta super faciem procul eiectasse.cruore
T um non undabant.romana proteruia maius

A ggreditur facinus.nanq; est illudere cæso
A usa:& crudeles plagis miscere cachinnos.
P ost ubi ludibrio est & iniquis undiq; flagris
S æuitum:populi credens pilatus inanem
E t non implendam rabiem satiare:moratur
N on ultra.turba coram inclamante uocatum
E duxit christum.tortis præ fronte corona
H orrebat spinis.salientem nemo cruorem
L auerat.irriguo rorabant tempora tabo:
P erq; sinus & per flauos erumpere crines
V idisses.tyrio splendebat murice uestis.
H eu q̄ dissimilis:cæso nec corpore dignus
C ultus erat:nec qui damnetur morte gerēdus.
E cce uir.eduxi:nullum ꝗ crimen in illo
I nueniam:uobis & sit cognoscere promptum
I nsontemq; uiꝝ & culpæ nullius.ut illum
S uspexit plebes & p̄rum pessimus ordo:
Qui non ludibrio qui non mansuescere uiso
S anguine iam poterant crustisq; tum̄tibus alte
O ra super conspecta.cruci cape:fige:reclamant.
P rætor ad hæc:hoīem uos tollite.deinde petito
F igite si libeat ligno.cur morte trucidem
I nnocuum:haud uideo.populi mox undiq; clāor
I nualuit:nobis est lex:qua iure cauetur:
D amnatum debere mori:ꝗ dicere natum
E sse deo sese iactauit.talibus intra

P ontius auditis iterum secessit inædes.
V nde sit:exquirit.contra nil rettulit ille.
M iratur tacitum prætor.tum talia fatur:
T u mihi non loqueris? nescis uitæq; necisq;
E sse potestatem de te mihi.figere possum
T eq; cruci:pœnam ex te transferre petitam.
D ixerat.haud ultra taciturna silentia christus
C ontinuit.miti contra sic rettulit ore:
N i tibi de superis esset collata potestas:
N il est:quod possis in me temptare nocendo.
H inc ideo qui me uinctum tibi tradidit:atræ
I lle magis culpæ reus est.dimittere christum
E xin quærebat prætor.mitescere sensit
R omanum iudæa uir℞.& teterrima turba
E t quem damnassent ipsi:discludere uinclis
Quærere:& innocuum nocuis non dedere pœnis.
I nualuit tum turba magis:dirisq; reluxit
V ultibus:extremos & prodidit ore furores
E xtremasq; minas.dimittere talibus inquit
H ūc hoīem Pilate cupis.pro Cæsare frustra
E rgo prætor ades:cuius non partibus adsis.
S e regem quicunq; facit uelut iste:tueris
Quem male:cæsareum certū est offendere regē.
C ontinuit trepidas hic prætor pontius aures.

Romanas temere metuens offendere partis
Non aliter: q̄ cum conspecta cōminus ursa
Forte lepus sæuos metuit cibus esse sub ungues.
Aut ubi natali residens sub fronde palumbus
Oua fouet: nigra querulus uel ab illice turtur
Euolat ad notam sumpturus prandia uallem.
Mox aquilam ꝓpius populatoremue repente
Viderit accipitrem miluumue natantibus alis
In girum: & uisa quatientem rostra rapina.
Proinde foras exit prætor: positumq; tribunal
Conscendit. patrio cognomine galbata dicunt:
Qui locus est graio sermone lytostrathos. inde
Ad scribas & pontifices populumq; frementem
Conuersus: temptansq; feras molescere cautes:
En rex uester ait. contra crucifige: reclamant.
Prætor ad hæc & iam regem crucifigere uestrū
Accingor: cui pontifices uix talia fato:
Præter romanum nullum iudæia regem
Gens habet. his uulgi cōmiscent uocibus iras.
In furias dirosq; trahunt cūctantia questus
Murmura & ī claros populo aduersante tumult⁹
Informem ueluti turpes cum forcipe massam
Exercent fabri: primisq; sub atra fauillis
Aera tepefaciunt. alternos lubricus alter

I mpellit folles:& ſtantes excitat auras.
P aulatim nigrum uideas candeſcere ferrum:
E t mox eductam uentis oſtendere lucem
I ngens tum murmur ſtrepituſq; efferuere late
I ncipit:& paſſim ſquamas iactare coruſcas.
C ircumfers oculos:& purgamenta rotari
C andida formidas.mētem grauis occupat horror.
A era terunt nulla ſoli formidine fabri:
I ntentoſq; acuunt oculos:maleiſq; canoris
A rdentem grandi complent terrore tabernam.
V idit at ut fruſtra populum monuiſſe rebellem
P ontius:ut ſub aqua tepidos qui īcendere torres
L uctatur:temereq; polo promittere flāmas:
A ccepit manibus lymphas.tum talia lotus.
S ic ait:ipſe nocens iam non a ſanguine iuſti
H uius ero.uos uideritis:cui protinus omnis
R eſponſat populus:ſanguis ſe uerterit huius
N os ſuper & natos noſtros.dixere.Barabam
N ec mora famoſum dono multaq; nocentem
C æde dedit.chriſtum uulgi permiſit habenis.
V t cum ſæpe ratem uel fracto nauita clauo
V el ui uentorum pelagi uel turbine uictus
F latibus aduerſis linquit minitantibus .Auſter
N ubibus it.cælo boreas mouet arma ſereno.

V ernus ab occasu zephyrus: niger Eur⁹ ab ortu
P rominet: & furuis ruit in certamina nymbis.
I n freta se rapiunt. uastis attollitur undis
P ontus: & eximo diuerberat astra profundo.
S pesq; salusq; cadunt. cōuulso carbasa malo
I actantur: lacerique uolant a pupe cheruchi.
T um cum remigibus uoluūtur transtra: uidensq;
O mnia uersari collapsas rector habenas
C alcat: & arbitrio fortunæ cætera linquit.
H eu quantū solem sine nubibus occupat umbra
E t tenebris premit & turpi fuligine cundit.
F actorem factura deum: uir origine puluis:
S eruus herū: regem prætor: dominūq; satelles
I udicat: & uitam morti procumbere cogit.
T um iam coccineam regalia stēmata uestem
A rentemq; manu sceptrū deponere cannam
C ogitur: & propriis damnatus uestibus uti:
Qui sub romano cæli miserabilis heros
I udice mactandus trahitur. quo pessime pergis
P essime quo scele℞ pergis pilate. nocentem
C oniunctumq; neci rapis: insontemq; trucidas.
Quem cædis: fuerat te iudice uiuere dignus.
Quem soluis: fuerat te iudice dignus obire.
C ur christo sæuis iudex nec idoneus illi!

A lterius nanq; ille fori est. herodis haberi
V t uir iudicio potuit quid pessime falcem
M ittis in alterius messem? contraria deinde
E t facis & sentis. dignum non morte putasti:
Quem tm̄ occidis. non accusantibus ulla
T um solet esse fides: nec quos deponere falsa
N oueris: atq; odii suspectos certius esse.
S e regem dixit fateor. sed regibus orbem
T errarꝝ linquens alibi est regnare professus.
S eque deo natum simul hūc dixisse fatebor.
I d tamen est Dauid uates multa ante locutus
S æcula cōmemorans dn̄os natumq; patremq;.
C onfessi neq; enim nosti te multa rogante
D eprehendisse reum sceleris. sed finge nocentem
C rimine non dubio. pollutum finge latronem
C ædibus īnumeris. uiolentas adde rapinas:
F urta: dolos & sacrilega periuria lingua.
I psis cum templis ipsas euerterit aras:
E t quidquid plena possis cōfingere mente.
N onne reo biduum leges triduumue relinquūt:
S ese quo possit sub delatore tueri:
E t mala purgatis obiecta refellere causis?
D ic quod damnato spatium quæ tempora christo
F eceris: exiguam qui nec concesseris horam?

A ddeq; adductos una scribasq; senesq;
D e populo cum præsulibus sacrisq; ministris
I nuidia scieras lotis tamen improbe lotis
C orporeis extra manibus purgare latentes
I nterius sordes & conscia pectora credis.
S æuior interea populum sententia passim
M ouerat: atq; omni turbæ de parte ruebant:
P ro foribusq; astant. ut fit: tum clamor ad auras
T ollitur: & lentas incusant presidis iras.
V t uisam si quando lupi de montibus altis
P erq; rubos agnam nemorumq; errare tenebris
A spexere: uias mox undiq; & undiq; calles
O bsidione premunt. stipatur quælibet extra
S emita: & hostili syluam cinxere corona.
Quid faciat miseranda nimis? decedere nocti
E st opus: & densas uepres exire necesse.
I psæ prætoris simul efferuere cateruæ
I ncipiunt. aquilas pandunt romanaq; signa
E t longas abigunt tignis pendentibus hastas.
P ars hæris clypeos aptant. thoracibus illos
I re graues uideas. ps uncos corripit arcus:
A tq; sagittiferas gaudet gestare pharetras.
F abrorum duris alios intendere clauis
F unestæq; hos cupresso cedroq; dolandæ:

H orribilemq; crucem damnatis uilius olim
S upplicium sæuos & confecisse latrones
A d pœnam læti fabricant. mora nulla locusq;
N ullus inops operis. festinat quisq; nocendi
A ut munus capere: aut alios spectare nocentes.
I nterea dñi in mortem dum tanta parantur:
O bprobriis quibus eius erat custodia dudum
C ommissa indulxisse putas; aut temporis ullum
M omentum sine contemptu plagisue pisse.
E cce autem horrendam paruæ non molis eunti
I ncussere crucem. sua tollere damna iubetur
V ictima: & incuruo uectare patibula dorso.
F unestus tandem foribus conuertitur ordo:
E t longum prodit longis hastilibus agmen.
I t medius sine uoce tacens sine questibus agnus
O s oculosq; solo figens. non lumina christus
A d primos uoluit: nec qui post terga sequuntur.
N on lateri affusum gemino circumspicit agmen
P arce parum mea musa loqui non omnia forsan
E xpedit. audaces in eum ne dixeris ausus.
Quosq; leues pueri iuuenumq; ferocior ætas
D elirię senes & patrum futilis ordo
S ublato penitus prætemptauere pudore.
N on minor accurrit moritură turba uidere

Quam cum prostratis intrauit mœnia ramis:
Et pedibus fœtæ uestes calcauit asellæ
Non oculos cælo:cælo quod fecerat ipsæ:
Syderibusq; audet patriis attollere.pœnæ
Seu puduisse putes:seu formidasse:quod ultro
Is subiit.sed quis credat super ista pudere
Vel dn̄m trepidare:libens quæ & liber obiuit!
Non uultus igitur patrio non lumina cælo
Tollebat:nec si conari tollere uellet
Posse puta trabis ingenti sub pondere pressum
Quinq; decemq; pedes humeros ꝓcera premebat
Vix homini quanq̄ robusto:sanguine nedum
Exhausto:& tota uexato nocte gerenda.
Maxima defuerat dn̄o callumnia nostro:
Quā non immemores pœnis superaddere fracti
Corporis:educūt geminos hinc inde latrones:
Damnatos sed clade minus fatoq; dolendo.
Nam neq; terga cruces super euectasse legūtur
Quanq̄ librandi crucibus:nec tanta licenter
Pœnarꝝ genera atq; modis crudelia miris.
Suut in eos poena longe collata minore.
Hos habuit comites dn̄s:mediusq; per ambos
Pergebat.tanquam furum fur maximus esset:
Contemptuq; magis & poena dignus atroci.

D ura uia eſt:qua mactandus ſic ducitur agnus.
E t tu uexatum totiens noctuq; dieq;
I nſomnem legis ad colaphos alapaſq; ſonantis:
N unc ad purpuream multa uibice columnam
S ectum:ſentiferam tenera nūc fronte coronam
F erre:nec hic aut hic undantes ſanguine riuos
D efeciſſe legis:rapta ceu pelle pateret:
C orporeæ quo paulatim decreſcere uires
I ncipiunt:primiq; palam torpere uigores.
Quis iam non fieri credat ueſtigia lenta:
G enuaq; collidi:& poplites errare labando.
V t cum plus iuſto faſces & pondus aſello
I mprobus inſolitum coniecerit inſtitor.ille
P oſtq̄ ꝓgreſſus paulum ſit:& aſpera tergo
P ondera non ſentit domino miſerante leuari:
S ed noua nodoſa conuicia nectere uirga:
E rrabunda leui ueſtigia puluere torquet:
N utanteſq; gradus anima diſpenſat anhæla:
D onec inexpleto uectandi munere pronus
D ecidat:& fuſo querulus cum faſce recumbat.
I nterea mater:mater cui multa peperci
D icere:ne longo mæſtam ſermone tenerem.
M ater adeſt.non eſt reticenda diutius illa.
N anq; ubi diſcipulis fugientibus anxia nati

C apturam noctu didicit (nanq; illa quot horis
M ulta ſuper nato trepidans in pectore multa
V erſabat. nulli ſine eo ſecura locorum
C orporis auxilio mentiſq; eluſa repente
E xcidit: horruerātq; comæ. pulcherrima gratus
P erdidit ora color: nec anhælo pectore uocem
R umpere fit compos: nec condita uerba mouere.
V t tandem uires natura animuſq; recepit:
E uolat: & ſexus iam non memor aera denſum
S cindit: & obſcuras noctis trāſuerberat umbras.
S ublimem aſcendit miſeris ploratibus urbem.
N on altos cælo clamores auſa pudore
V irgineo mandare: grauis nec mente dolores
C ontinuiſſe potis. mediis ſingultibus ultra
V el medios tacitam ſingultus proluit urbem
E t q̄uis euangelii perrara parentem
P agina cōmemoret: non eſt par credere matris
S ollicitæ tanto metuentis & omnia nato
T orpentes in eum curas animūq; fuiſſe.
I mmiſſos illi late duo membra dolores
P ræcipitant. udo tabens cum lumine lingua.
P erpetuis oculi lachrymis denſiſq; natabant
I mbribus. in raucas ſimul arida facta querelas
L ingua laborabat. feruens in pectore flama

E xta coquit. faciem mæror pallorq; tenebant.
N on certe diuersi ab eo: qui uiuere fato
D esinit instante: & mortem fugit ore sequentem.
Q uales hic uoces aut quæ dare uerba ruentem
V rbi nempe putes? repetitis pectora palmis
O raq; pulsabat. temere labentibus illa
V estibus haud cauit. crines non ore solutos
C ollegit: nec uti uirgo properare pudica
C ontinuit. scierat mensuram uirginis esse
P assibus appositam: nec currere noctis ad ūbras
S uspectas decuisse. pudor uetat ergo. parentem
C ontra cogit amor meminisse: nec esse parenti
Q uicq̄ inconcessum. postq̄ simul omnia natum
D eseruere. fugam trepidi fecere relicto
D iscipuli primum quem dilexere magistro:
H eu quo succlamat miseri fugistis amici.
P etre fugis. fugis: exemplum quē fratribus esse
I nstituit socios & confirmare cadentes.
H eu quorsum ꝓmptæq; māus: ꝓmptusq; seq̄ndi
A d mortem breuis usq; calor. nō amplius una
H ora abiit. uiso cedis uix cōminus hoste.
T u senior. tu precipue dilectus: ut ipsum
D ic an desereres primuus? conuerte relictum
A d dn̄m passus. uos cætera turba magistrum

L inquitis:& profugi teritis uestigia petri
T e præter ueros nihil est quod monstret amicos
R erum sors una instabilis.dum plurima fili
V rbs in te aspiceret:fusosq; agitaret honores
I ngentem poteras paucis dum pascere turbam
P anibus:& gemini saturabant millia pisces
D esertis hoīum campis:dum tradere cæcis
L umen:& infernis functos reuocare sepulchris:
D ictus es:& lingua facundos reddere mutos.
H ospitio dum te longinquis extera campis
E xciperet:gens & mensas honeraret opimas:
T um tecum non discipulos discumbere tm̄
C rediderim.multæ subeunt te nate cateruæ:
F latibus & tecum lætis blandaq; fruuntur
F ortuna.flatus uertit nunc illa secundos:
T erribilesq; uomit diris mugitibus iras.
E t uos terribili dulcem cum numine natum
H orretis.ueteꝝ memores non esse bonorum
V os iuuat.ingrati domino fugisse relicto
H ic hic est aius.miseræ date fortia matri
T ela.manus telis implete capacibus.arma
R eddite.per medias mens est excurrere turmas.
E t certabo meo non ut uilissima nato
F œmina:uictricesq; manus in prælia cogam.

Sed quid ago miseræ desolatæq; parenti
Hæc male couueniunt. non est muliebris in arma
Nec uis nec ratio. fortes hæc munera tm̃
Credo decere uiros. sed & hi fugere: meumq;
Deseruere fuga natum. ne dicito fortes
Quos uilis fuga terruerit: quos fœmina quæuis
Vinceret: & tortis paulum præstringeret armis.
Tu uero genitor pater o sanctissime tandem
Quid facies? prolemne tuam cōmunia nobis
Gaudia (me miseram) quid gaudia nūcupo: tanta
Raptum sæuitia: manibus post terga reuinctis
Despectum: & duro per uim traxere rudente.
Sed quid agis genitor? patris ab clementia nato
Debetur. iustumq; uocant. cur deseris unus?
Discipuli fugiunt. fugiunt heu ferre timentes:
Quæ pro non illis metuit meus en meus ille
Occurrens ultro morti. uoluitq; ligari
Vltro se coram dedens. cum posset abire
Noluit. armatis prodiuit sponte ministris.
Me miseram cur ergo patrem cur oro negatum
Auxilium? tradi uoluit. mandata parentis
Perficiens. igitur cōmunem occidere natum
Ipse iubes. quid agis? qualem pater optīe qualem
Aspice conficias. tuus est sine tempore natus:

I nfelix ego quem genui tua iussa secuta.
P ropterea moritur:mortis sub lege ꝗ illum
C oncepi.mea culpa igitur.mihi crimen in illo est
M ortalem quoniam peperi.crudelibus ipsa
I nduxi terris:& mortis lege peremi.
P arcite.cur pereat? Mariam configite matrem:
S upplicio dignam matrem.mortalia feci
M embra:deumq; mori moritu℞ enixa coegi.
P arce tuo saltem genitor sanctissime nato.
I am pudeat dixisse meum:quæ pessima matrũ
A d diram genui uiuentem in sæcula mortem.
N on ultra dicar mater uocitare parentem
S it scelus:exiguo detur dum tempore christum
V iuere non Mariæ semen de uentre putatum
S ed patris æterni:nullo qui creditur æuo
F ilius:humanum passus se condere seruum.
S ed sonus auditur.gelidus labefacta relinquit
O ssa calor.trepidantq; labanti poplite crura.
H eu mi nate tibi clamatur.rumpere tellus
O brue post dñm dignam non uiuere raptum.
V os o perpetuæ comites lugubre sororum
N omen & o mulier tellus cui magdala paret:

T uq; meo longe christo dilecte Iohannes
I te.moram calcate.gradus inuertite:uastus
Qua clamor sonat:& diras exaudio uoces.
D ixerat:inq; domum caiphæ uestigia torquent.
A spexere fores clausas:confusaq; late
N on depræhensa tñ satis intus murmura.uerus
S ed timor interpres captiuum prodidit intus
V ersari dulcem media in ludibria natum.
I llic deciduos cæli non anxia rores
N on umbras noctis non formidabile uisu
V irginibus tenebras metuit.non aera q̄uis
F rigida sit gelidum refugit.formido timores
V na simul cunctos pellit.sub postibus hæret
P ontificis:strictis ut auis collecta sub alis:
Quæ prius aut uentos gelidos aut senserit imbres
I nterea eois sol emergebat ab undis
E t nitidis totum radiis impleuerat orbem:
C um mox herodi ductum rursusq; redire
C andente aspexit tunica.duo uulnera crede
P ectore materno late confixa:sed illud
H oc longe maius:ꝙ ut amens creditus:alba

I ret ab herode tunica.ſapientia ſummi
Qui patris eſt:& qui mundũ ĩmẽſiſſimus implet.
P ræſidis ut uero romani rurſus in ædes
I ntrauit:flagriſq; fuit confectus amaris:
A nte fores ſtabat clamoſaq; limina mater.
A ſſiduas una lachrymas planctuſq; ſonoros
S pargebat:qualis uiuo quæ pumice manat
R auca cauernoſis & murmurat unda ſub antris.
I nſilit huberibus lymphis curſuq; perenni.
V idit ut horrenda ſectum prodire corona:
E t circumfuſum ductis mucronibus agmen
P one ſequi:nudoq; aciem procedere ferro:
A ccurrit propius.dulcem contingere natum
A uxilium fortaſſe putans afferre:manuq;
P ellere teliferas loricataſq; cohortes.
T urbati ceu mente ſolent:quos pectoris ardor
F actaq; de denſis animi caligo tenebris
R es impoſſibiles moliri:& credere ſæpe
C ogit:ſublatis & uiribus omnia niti.
A cceſſus uerum fruſtra molitur inanes:
E t fruſtra tollit palmas:& brachia fruſtra
N udat:& attonito dat uerba precantia uultu.
N am neq; dant aditũ:nec matrem audire precãtẽ

S ustinuere.gradum quare illa obliquat:& ante
P er diuerticulum ſpacia & breuiora cucurrit.
V rbis porta ſion uetus e regione cadentem
P roſpicit in ſolem.per eam damnata reorum
C orpora ſupplicium iuſſaſq; expendere pœnas
C ogebantur.ea Maria ſe in parte locauit.
I mmotos firmat uultus:penituſq; per urbem
C ontinet aſpectans:dulcem qua deinde uenire
S perabat natum.nuſq̃ ſolertia uoluit
L umina.uenturo tenet incumbentia uico.
S icut ouis raptum quæ ſcit crudelibus agnum
E ſſe lupis ire in medios nec comminus audet.
F luminis in ripa celſiue crepidine ſaxi
S tat tam̃: & longis abſentem ſperat ab agris:
I n prædam eductos ſi forſitan exiit ungues:
E t matrem eluſo raptorum flagitet ore.
Quoslibet ad motus etiam quos fecerit aura
F rondibus:& ſũmas dũ garrula ꝓuocat ulmos:
Qua natus iam poſſe putat ſperatq; redire
O ra tenet totas & in aera ſurrigit aures.
E cce autem magno procedere turba tumultu
I ncipit.horrorem pictæ fecere uolucres
A rmaq; romanis cædem minitantia ſignis.
E t iã turba frequens & longum præterit agmen.
Quemlibet aſpiciens:auido ſi filius ore
I lle ſit exquirit.quem uellet ſperat ubiq;

S ed q͏̄ prospiciat natum non protinus ipsum:
I d uisus uitium putat: obscurataq; falli
L umina. dic maria hic inquit qua parte freq̄ntis
V ideris hunc turbæ. dilectum nosse magistrum
T e scio. quo pergit: quando quorsumue notasti.
I lla autem paulum lachrymis a lumine tersis
I nq; pedes sese tollens: en aspice mater
A spice mater ait. cui crux incommoda tergo
P endet & incuruum uiolento pondere fecit:
I s tuus o mater natus meus ecce magister
P ræcedit: uicti post quem duo fune trahuntur.
S ed non ut dominum curuo uectare trabalem
H os tergo iussere crucem. promptissima tollit
O ra parens: & eum iam comminus aspicit: esse
N on tamen agnouit natum. dignissima quondā
N on erat effigies. aberat pulcherrimus oris
G ratus & aspectu splendor: nec ut ante uerenda
S tat grauitas. pro qua quiddam mi͏̄sabile mæror
C um macie rupto crustis surgentibus ori
E gregiam fœdo maculant squalore iuuentam.
F it tandem propior dominus: uultūq; parentis
I nspicit. obiectis ea contra mutua figit
L umina luminibus. Iam iam certissima nati
F rons patuit: christumq; oculis agnouit in ipsis.
N on illi fuit aspectus: nec ut ante bisulca
B arba uirum decuit. nam compillata decorem

A misit primum. laceræ stant ordine nullo
I ncultæq; situ malæ. pro uertice crines
A spicit impexos & non de more iacere
N azareo: neq; enim ritu deducere paruum
I n cute dimidia sulcum. iacet inclyta quondam
F lauaq; cæsaries: interruptiq; capilli
H orrorem haud paruū spatiis informibꝫ addūt.
P ræterea fesso salsus manabat ab ore
S udor: & undantes pellebat in aera fumos.
H æc ubi conspexit mater simul omnia. raptim
O briguit: steteruntq; comæ: & uox ore recessit.
S piritus oppresso clausus sub corde meatum
D um quærit: grauis occlusas dolor undiq; ptes
C ontinet: & nulli laxat spiracula uento.
S emianimis quare cecidit: labefactaq; liquit
B rachia. deficiunt amissis uiribus artus:
N ilq; breues præter quas lentus anhelitꝰ auras
E fflabat: uiuam docuit. nam cætera functaꝫ
P allor & immoto monstrabat corpore moles.

B onini Mombritii Mediolanensis de dominica passione liber Quintus.

NAnc ubi collapsaꝫ qui ↄspicit omnia natꝰ
Vidit: & alterno sese mucrone feriri
Sensit nanq; foris lacerū crudelia corpꝰ

V ulnera pulsabant. intus maiora premebant
T ela: infelicem q; pœne occumbere matrem
C ernebat. vastos pressa non mente dolores
V ltra continuit. verum nanq; ilico natum
M atri compatiens gessit. huc usq; sub alta
M ente suas potuit coram non edere pœnas.
M atris non potuit non indoluisse dolores.
N am qui uictrici tulit omnia mente: grauesq;
I n tusum plagas & milia uerbera corpus
N on usq̄ faciem prætensaq; pectora flectens.
S ensit ut urentes materno in corde dolores:
C ōmunemq; animam gladius contunderet ide3:
V iribus exhaustis eneruatoq; uigore
P alloremq; augens uultu maciemq; fluente
S oluit in admoto labentia corpora saxo:
E t secum cruce collapsa iuxtaq; iacentem
P rocubuit matrem: corpusq; exangue cohæsit.
V idit ut hunc romana cohors pressumq; sub ipso
P ondere collabi Simonem (nam forte redibat
A patrio tum rure) crucem deferre coegit.
I nuitus subit ille trabem: preireq; iussus
I ngreditur dominus. magno resoluta dolore
P one parens aderat. flæntis latera undiq; cingit
F œmineus chorus: & socio ferit æthera planctu.
P ræ cuntis tamen ipsa parens: suspiria cuius
S ingultusq; graues eiulatasq; querelas

De populo non parua sequens nuruq; uiruq;
Portio lamentis rumpebant pectora diris.
Hac prætermissa uastum ne fando dolorem
Augeret dominus: tantũ in muliebria uersus
Agmina ne solymæ natæ ne plangite dixit
Me super. hos uobis flætus hos reddite uestris
Pignoribus. nanq; ecce dies tempusq; ꝓpinquat:
Quo steriles & quæ non lactauere uocabunt
Felices. summos auido tum guture montes
Se super orabunt cadere: & prosternere lœto:
Quandoquidem ligno in uiridi si talia fiunt:
Quid facient in eo: quod inaruit. hæc ubi fatus
Golgota funestum ad montem uestigia uertit.
Ille locus solyma paulum distabat ab urbe:
Golgota qui prĩo nostris caluaria dictus
Nomine. nunc intra muros includitur urbis.
Monte sub hoc cædi decaluariq; nocentes
Atq; extrema pati populo damnante solebant.
Claruit antiqua locus haud procul ante figura:
Cum domini præcepta sequens fidissimus inter
Mortales habraam tenero non parcere nato
Sustinuit. congesta super nam ligna repostum
Aspexit. neq; enim aspecto tenet arma. ferire
Iam parat: & carum meminit non esse parentẽ.
Iam iugulum petit. elata iam dirigit ensem
Innuulnus dextra. tacitus puer oĩa cernit:

I mmotusq; manet librantem uulnera patrem.
N on quæritur.non ora mouet.non signa pcantis
P orrigit.impauido manifestam pectore mortem
N on dubitat.uidit uidit puer iasaac olim
V enturum:cuius fieret tunc ipse figura.
Qui super eterni ligno mandata parentis
F erret:& a iusso lœto non ora referret.
V enturum agnouit tacito sub pectore christum:
P aschalisq; agni redituram cæde salutem.
E rgo uolens ultro dextræ gladioq; paterno
P rocubat:& certe mixtam cum sanguine uitam
F udisset:si non meditantem uulnus ab alto
A ngelus obsequium patris usq; in funera nati
I n mox hærentem uertisset uepribus agnum.
A d tua nunc o magne pater consulta reuertor:
S i fas explorare tamen:diuinaq; mentes
C onsilia humanæ capiunt.occidere iussus
P rædulcem habraamus natum sine crimine nato
T um pauloante mori iusso parendo pepercit.
O h te felicem puer Isaac.inditus aræ
D um circunstarent ignes flamæq; futuræ
E xitio:patris & gladius te pœne feriret:
L œtalem gladium uitas aramq; minantem
E xtremos cineres.& quo tua longior esset
V ita:perit densis aries in vepribus hærens.
I nuentus modus est:seruus quo uiuere posset:

C um nec opem pcibus nec uitæ exposceret annos:
E t tuus ignoro liceat si dicere natus
I nfelix puer infelix hoc forsitan uno
Quod calicem non abstuleris ter sūme roganti
T e longis genitor præcibus. num dignus amari
I saac ante fuit christum? cur uiuere nato
D eficiente potest seruus. parce optime parce
D icenti genitor. scio te de sæmine nasci
E repti flamis pueri gladioq; paterno
P assurum excelsa duram super arbore natum
D ecreuisse tuum mortem: qua viuere mūdus
P osset: & inferna saluus raperetur abysso.
C ur non hic aries mediis in sentibus hærens
I nuentus fuit: exhausto tum sanguine cuius
N il male demerito voluisses parcere nato?
C ulpa sed hæc nostra est: domini quæ sanguīe tm̄
N on pecudis possit ballantum aut cæde piari.
I amq; in conspectu cæli miserabilis heros
A stitit atrocis populi. Caluaria diro
E xcipit hospitio. tum primū ponere iussus
I ndumenta palam ven osas pectus ad auras
E xhibuit. crustis squalebant terga cruentis:
V t monstrū posses hominem non credere: lepra
A ut saltem in plantas percussū a uertice corp9.
A b raptas totiens exutaq; pallia uestes

E lisis noua num credis superaddere crustis
H ulcera?uicta nouo turget liuore cicatrix:
E t spissum retro spissũ uomit ante cruorem
I am nudus patuit.patuit iam corpore toto
I ncomprehensibilis q sit:quem cernere nemo
M ortalis potuit.morti uilissima quondam
C orpora nudabant qui nobilitate ualerent:
P allia damnati media uel cæde gerebant.
P rob mundi rerũq; potens cur seruitus una est
O mnia uel paruo facereq; & perdere nutu:
N on aliter morti obiciitur:q̃ uile pudendæ
M ancipium nudum ut uidit tremibundaq; m̃bra
M ater:in amplexus ruere & ꝓcurrere nixa
C um non amplexus non oscula mutua posset
E xpleuisse:aditum turba impediente repente
D irepto capiti quod tum de more gerebat:
C orporis oscenas texit uelamine partes.
N ec mora telluri uilissima tormentorum
C rux affusa iacet.circum diuersa latrantes
V no odio incumbunt.alius conuicia seuo
O re iacit.risus infandaq; gaudia quidam
I lludunt.uarias uersat ꝑ cætera pœnas.
O mnis ĩ insontem pendet:plenamq; nocendi
E xercet mentem populus.quid remigo uerba:
E t quod non uellem fieri moror?ah ego demens
A h quasi differi mors atrocissima possit

P endeo.pensurũ dicturus:uerbaq; frustra
F orsitan eluctor.sed non tamen omnia frustra
S uspendo:lentis & ago uagus otia uerbis.
C rudeles adeo mens narratura recedit
I psa sibi pœnas.quid ꝙ ꝓperando moratur
S æpe laboriferos euadere nescia calles.
V t rapidum superare uadum cum sæpe uiator
C œpit:& obstantes inter uestigia fluctus
T orquet.agẽs nũc pectore aq̃s nũc terga retrorsũ
O buertens.medias firmat quandoq; p undas
A ncipites passus:& saxa latentia quærit.
P œniteat seu iam cœpti:seu grãdia uerset
F lumina:quæ pauidis oculis & mente feruntur.
I llicet hic aliquis sæua de gente trementem
N udatos artus & frigora dira ferentem
P ræcipitat christum.terræ procumbit:ut icta
S eu maleo:lata seu uictima sæpe securi.
S ese dat turbis:& corpora porrigit ultro
I nuertant pœnis:trudantq; utcunq; uolentes.
N on aliter uiuens populi se accõmodat iræ:
I nfelix dirum q̃ cum iacet ante lanistam
V ictima:sanguineo patuitq; in gutture uulnus:
P alpebrisq; diem patulis non aspicit.auras
E t non exhalat nec aperto uentilat ore.
T um q̃tum a dextra spatii distare sinistram
P ermensi nouere:foros hinc inde patentis

T ransuerse terebrant cedro. configitur uni
D extra tremens: clauoq; cruci penetrāte cohæret.
H umores illo rapidusq; e uulnere sanguis
E xcurrunt: neruos & contraxere rigentes.
E rgo suo læuam spatio dum figere temptant
S ignatum contracta locum. non attigit. acri
P roinde rudente trahunt: donec mollita trahēdo
B rachia iunctura non aduersante coirent.
T um malei sonuere graues. lignoq; cauato
H æsit & oblonga iacuit trabe læua: nec ambo
B rachia curuantem uideas q̄ cornua funem
E sse aliter: uel cum spatiantes ante iuuencos
F usa iacent: curuæq; hærent iuga proxima buri.
A lternas igit᷑ dum sic extendere palmas
L æti conspiciunt: imo configere ligno
M ens geminos auet ipsa pedes. stetit anxia paulū
A mbo tam stricto uestigia figere ligno
N escia gens. domino quæ res male cessit in ipso
N anq; pedes ambos spatio paruæq; capaci
M ensuræ fixere. supra iacet unus: & alter
I ma tenet: clauoq; hæret transfixus uterq;.
Quonam se (fortasse dolor me pessima coget
V erba loqui) dicam. dolor est: q uiscera rūpit:
E t dictu fortasse nefas attollet in auras
Quonam se miser omnipotens: quo deniq; uertet
I nfelix deus omnipotens: qui continet omne

V ndiq; quo tegimur spatium terræq; poliq;
E t quidquid seu luce patet seu conditur umbra:
F rigida qui calidis: siccis humentia uinxit:
I maq; cum summis ima compage teneri.
C oncordiq; iubet ferri contraria lege:
F amosa cruce confixus tam turpiter ingens
V t latro uel multa damnatus cæde tenetur
F une nec innectunt alios ut sæpe latrones.
L onge peius in hunc clauis sæuitur ahænis
H eu nimium tanti regis breuiata potestas.
I nfirmata manus: totum quæ condidit orbem
C onfixiq; pedes: quorum uestigia cælum
D um lustrant: terræ centro spectantur in imo.
V incitur morti: uiuentem qui modo mortem
M orte soluturus propria est: clauoq; tenetur
A eternas uasti portas fracturus auerni.
N ectitur extremam in mortem lignoq; supinus
S ternitur. æternam uitam moriendo daturus.
A ffususq; iacet ligno: cui machina rerum
P aret: & imperium tam magni subsidet orbis.
A lti quem metuunt manes: coluere profundi
C ælicolæ uerumq; deum dominumq; professi.
C onfixus stratusq; iacet: lignoq; recumbens
O b lignum cælo clausos recludere calles
C rimine protopatris uoluit. qui nititur astra
S candere: nequicquam ligno sine nititur isto.

H ac magnus quondam ſcalas patriarcha ſupmo
A terra ſuper uſq; polo per ſomnia uidit
A ngelicas per quas ultro citroq; meare
S pectabat turmas. alios aſcendere: contra
E x aſtris pronæ quoſdam deſcendere terræ.
D emum ne qua foret pœnæ pars corporis exors:
L inguæ etiam ſæuire parant. fel proinde merũq;
C um myrrha miſcent: & ſtanti pocula prebent.
I lle ubi guſtauit: ſicco licet ore ſitiret:
I ntactum liquit: pateræq; pepercit amaræ.
I lleſam hanc illis ptem ſeruauit: ut eſſet
H oſtes qua ſummo tum commendare parenti
P oſſet: & exempta ueniam intercedere lingua.
N ec mora pro plagis & amaro dulcia potu
V erba dedit: nulla compos ſe parte mouere
T unc erat ab certo qui conficit omnia motu.
N ulla igitur ſe parte mouens liberrima præter
O ra: illis ignoſce pater ſanctiſſime dixit.
N anq; quod hi faciunt: non agnouere. qd ultra
I pſe ſibi liber quiſq̃ felicius optet:
H oſtili q̃ quod chriſtus ſeruoq; nocenti
I nq; necem infenſo uerbis orauit amicis?
N on ullos gemitus non ullas ille querelas
E mittit: non ſe iuſta plus parte dolere
C onqueritur: tanta ſe non excuſat in ira.
N on his iraſci: non his maledicta referre:

N ec toto quanq̄ pateretur corpore: uisus
E st populo fudisse preces: ut talia passo
P arceret insonti: & pœnæ reuocaret habenas.
N il penitus de se uisus curare: parentem
H oc unum ut pcat cædentibus hostibus orat.
C ompatitur: tam dura pati quæ uulnera turbe
C ogit & in mediis iactat conuicia pœnis.
L ingua qui plagasferro fecere medetur:
V iuereq; exorat: quibus en occiditur agnus.
T ollitur interea crucis admirabile templum
I rritaq; & sæuis contempta latronibus olim
N unc domino decorata suo. nunc omnia paruo
C onuectans spatio: & rerum complexa potentem.
V na quidem hæc ullis tantū sine frondibꝫ arbor
S tipiteq; exangui præreptoq; arida succo
V na cælestem fructum floremq; sub hora
P rotulit: & tanto facta est huberrima fœtu.
C uius odor terram cum cælo impleuit & imas
C ocyti sedes: & abyssi luxit in umbra.
H osti terribilis: uisu ueneranda fideli
T unc & post populo patuit. sublimis ad auras
T ollitur. excelsi culmen subsedit olympi.
A uctoremq; suum merito ueneratur honore.
P orro sublatus geminos hinc inde latrones
A spexit fixos talem uoluere uideri
Qui mirabilibus lustrauerat oppida signis:



E t nihil in rebus habuit: loca deuia quales
P ræstringunt fures & prædam in sanguĩe q̃rũt.
I ngens petra iacet medio sub culmine montis
A læua. quantum caput excepisse foramen
S cissa uiri possit aperit. cui protinus ore
C edrinus ingeritur stipes. super ille trabalem
C upressum excepit. palo transuersa sublimi
B rachia palma dedit. graii thau talis habebat
I nstar imago. supra est oleagina fixa tabella:
L ingua quam prætor triplici dedit esse legendaʒ:
I esus nazareus rex margine Iudæorum
I nscribens. latii pariter graiiq; legebant
Quisquis & hebreo doctus sermone ueniret.
S ed dic dum patulas crux efferretur ad auras
A rdua: & affixum monstraret in aere christum
N on aliter: q̃ cum telas antenna uolantes
S uspendit: maloq; iacet transuersa superbo
Quales a plagis manuumq; pedumq; dolores
P rodirent. totum pendens in uulnera corpus
S cindit aperturas: & clauis hæret acutis.
N eruosæ spatiosa manus compendia laxant:
I nclinantq; pedes in humum cum mole relictuʒ
C orporea: sectis cruor exilit undiq; plagis:
P er totumq; natat corpus. longamq; colorat
C um multa tellure crũceʒ stagnatq; uelut fons.
I mproba tam diris olim caluaria muris

N on aberat longe.nunc intra mœnia cultu
C ingitur haud multo: rarisq; fidelibus extat.
N anq; ea Maumetidæ late loca sordibus implent
P atriciis:prohibentq; aditus non æra ferenti
C hristicolæ.uiso nam non nisi mœnibus auro
I ngressus datur:& sacras contingere sedes.
C rux igitur solymæ propius consurgeret urbi
E t ueterem contra patrio cognomine portam
S ublimem populo titulum daret esse legendũ:
A usi pilatum non nulli tendere contra
N e iudæornm rex aiunt scribe:sed ille
S um quia Iudeis rex inquit gentibus.illi
H æc ita:Pilatus contra quod scripsimus inquit:
S cripsimus. Interea uestis diuisa suprema est
Quattuor in partes.æquo discrimine sectam
B is binus sibi miles habet.consutilis ima
N on erat.ast uno Passim contexta tenore
C ommoda scissuræ non est inuenta.uolentes
S ortibus ergo instant:atq; uni cedere malunt:
I ndecores eius male q̃ sibi scindere partis.
I n morem nam rætis erat:doctaq; parentis
F acta manu:teneros puero cum cerneret annos
E xiguis quam cum dictu mirabile membris
E xcreuisse ferunt:habilemq; adolentibus annis
C orpus in attrito texisse diutius usu.
Qualiscunq; tamen fuit:abiectissima uestis

E sse putabatur. tenui non consita filo
L euia sed crassa seruabat corpora lana.
Quale palestinis pastoribus indumentum
E sse solet: si quando æstum patiuntur & imbres:
E t uaga fertilibus campis armenta tuentur:
E tiam crux nitidis stabat rutilantior astris:
P urior helectrō: fuluo preciosior auro:
N obilior gēmis & uertice maior olympi:
I mmensū complexa sinu: sibi uisa potentem
O mnia nancisci: tenuiq; includere ligno.
S ola tenes o crux uasti quota portio mūdi:
Quem non omne capit cælum: cui deficit ingens
T ellus: quandoquidem tenues librat̃ ad auras
C orpus: & horrendis pendent uestigia clauis.
P ars quota terrarum terris opulentior ipsis
L umine nocturnam uincis cum sole sororem:
I nsolitumq; geris qualem non India fructum:
N ec quæ Iudææ gestant opobalsama syluæ.
I n te omnis splendor uastiq; potentia mundi
I n te omnis uirtus spes omnis & omnis in una
S emita qua cælum & cæli mansura p æuum
O tia & æternæ quæruntur secula pacis.
A ngelici tibi genua chori immortalia flectunt:
T eq; Sathan tremit ætheriis delapsus ab oris
I nferniq; duces & lamentabile regnum.
T u mundi iam facta salus. damnata sub Adam

A gmina tu reuocas:& cæli limina pandis:
I n tē dum perimit dominū mors impia christū:
I n te sub domino moritur mors impia christo.
I n te uitæ hostis mortisq; extinguitur auctor:
V itaq; dum moritur:mortem indubitata pemit.
M ulti dum ꝓsunt:titulum inuenere nocentum.
T u dum sola noces:& uitam morte trucidas:
C ertam sola potes laudem meruisse nocendo:
H actenus exitio fueris.nunc una salutem
Tradere tartareos & sternere diceris hostes.
Quid tibi diuitias quid fuluum congeris aurꝫ
O neq; diuitiis nec fuluo explebilis auro!
H uc animum huc oculos huc omnis dirige uires.
H ic hic mentis opes hic prædia cordis auare
I nuenisse licet.totum qui possidet orbem
H ac sine nil præter fugientes possidet auras.
I n scyrpo nodum quærit:uacuisq; sigillum
I mprimit in nebulis & spe se pascit inani.
E t uos regnandi quibus est uiolenta cupido.
Quid multos adeo populos quid regna tyranni
Quæritis:extremumq; armis sudatis ad orbem
E t pacem bello bellūq; a pace uocatis!
Discite confixum non cogere prælia regem:
N on iaculum librare manu:non ense ferire:
A rmatasq; neci non exercere phalangas.
S ed uerbis paci paciq; intendere factis:

Quam daret ut nobis:& bellum tolleret omne
E ffuso late moriens se sanguine lauit.
V ltro se dedens cædendum scelicet hosti:
C ui uitam:cui regna patris:cui tradere uellet
S eq; suamq; domum:fieretq; ex hoste cohæres
I mperii patris:æternos regnaret & annos.
T u quoq; qui noctes & non dicenda fatigas
A ctus in turpes:uneriq; aliméta bibendo
V enaris:dominum tandem resipisce tuendo
I nstratum pro te ligno:clauisq; retentum:
E t caput in spinis omni squalore gerentem:
V icinumq; neci nullo non esse dolere.
C erne manns.geminos uideas descendere fontes
S anguinis a pedibus totidem se fundere riuos.
T otus collabi uoluit:mortiq; uocare
E xtremæ ante alios:totum ut possemus habere:
E t certam faceret spem de se posse teneri.
Qui clauis iacet affixus:cui defore terram
A spicis:& nusq̄ fuga sit dubitanda reuincto:
Quo fugiat:qui uenit ad hoc:cæloq; relicto
C rudeles in se terras habitare cucurrit!
T antus amor facit:ut damnatū diligat hostem.
V sq; adeo:ut pro quo moriturus esset:ab illo
T am dirum exitium pœnam suaderet in omnes
N e dubites.in humum tota ceruice recumbit:
A fflictasq; genas & pallida porrigit ora.

O scula ne dubites prior illaturus ad hostem
I nclinat. tu si domino sapis obuius ito:
E t precibus ueniam pete. nanq; libentius ille
D onando parcit; q̃ quisq̃ orando precetur.
A rdua præterea uenienti brachia pandit.
N il aliud: petit amplexus: auidoq; coire
T ecum animo: & dulci te deuincere cathena.
N udatum cernis: palmas & habere foratas:
V t nihil hinc penitus pro se seruasse tenendo
S cires: cum tota qui traderet omnia uita.
I llinc ut certo nosses quæcunq; daturum:
Qui fixis ultro concederet omnia palmis.
S ed quid ego? multa cumulo que3 laude: deumq;
P rædico: pontifices & scribæ turbaq; sæuo
T urbine blasphemant: & apta tonitrua rũpunt.
P ars alios uariis clamat de pestibus iste
R eddidit incolumes. si sit de sæmine cretus
D iuino: cur non saluum se reddere possit?
A dde q insanis simul est illusio factus
M ilitibus. dura iaciunt conuicia ligna.
D einde propinquabant: & acetum pessima labris
P ocula tradebant. si sis rex gentibus aiunt
I udeis: tu te serues. quicunq; per ipsos
T ransibant calles quassis ceruicibns obe
Qui sanctum dixere dei deponere templum
P onereq; in triduo possis: descendito celsa

De cruce: diuino si sis de sæmine natus.
Nec non latrones læua qui in parte reuinctus
Vna pendebat: duris maledicere uerbis
Cum populo haud ueritus: si christ9es en ait ille:
Teque & nos seruare uelis. q parte pependit
A dextra meliora iubet sociiq; refellit
Verba deum nec tu pœna damnatus eadem
Nempe times. nam nos merito capit ultio iusta
Quandoquidem factis luimus condigna nocentes
Iste mali quid enim fecit? conuersus in ipsum
Tum christum. sis quæso mei cum ueneris inqt
In tua regna memor. ballantem ad pascua nouit
Pastor ouem: uocemq; piis affectibus hausit.
Quem mox aspiciens. placido sic rettulit ore:
Amen dico tibi uenies quocunq; rogasti:
Teque hodie mecum regnū cōmune capesset.
En omni maiora quidem spe munera ligno
Hæc dare confixus potuit? tam grandia nudus
Promisisse potest? sed cui promittere cælum
Hunc audis? mnlta damnato cæde latroni:
Cuius adhuc a cæde manus & sanguine fuso
Illotæ: & multa tum sedicione tepebant.
Hæc caput amatum spinis hæc fixa trabali
Brachia cupresso totumq; in uulnere corpus
Vix animam retinens & uocem emittere compos
Tam paucis uerbis tam sæuo magna latroni

T radidit?ob quid non melius ſperemus amici:
P oſtq̄ ſumma patent etiam peccantibus aſtra?
S i ſic præterea cælum promiſit egenus
C unctorum:fixuſq; cruci:uaſtoq; dolorum
I mmerſus pelago:quos præter dicere quicq̄
E ſſe ſuum iam nil poterat quid ſordibus illis
H eu nimium miſeris cum ſit nunc funct⁹ & aula
I mperitet patria:facturum quiſq; putemus?
T um bonitas quæ ſumma fuit:prodeſſe putatur
O mnibus.haud aliter bonitas ſit ſūma uocanda.
F orte iubes:læuo non profuit illa latroni.
V era refers.curam nam non patientib; ipſam
N ullus opem ſi non fruſtra non contulit unq̄:
S ic ſol more ſuo terras illuminat omnes:
Quidquid & in lucem terris emergit ab ipſis.
N on tamen is frugi radios ſurgentibus æque
D iſpenſat campis.ſegetes has educit.illas
A crius exurit.non eſt in ſole putandum
Quod nunc debilior ſit ei nunc prodiga uirtus.
I dem lucis honos:eadem uis:unicus illi
V ultus:& eſt uni non inuertenda poteſtas.
E ffectus uariant:uaſti ꝙ pagina mundi
N on eſt una:pares neq; enim ſibi temperat agros.
Sed diuerſa uices uariat.uariatur & ipſo
S ole ſibi paruam uel non patiente quietem.
V na igitur terris damnatum morte latronem

Affusumq; cruci factis atrocibus hora
Hunc eadem cælo uiuentem in sæcula uidit:
Fulgentem meritis: omniq; ex parte beatum.
Pœnæ consortem consortem lucis habere
Hunc christus uoluit. mors ambos pœnaq; iũxit
Quos simul admisit summi mox gloria cæli.
Vnde habuit: quo sic potuit fur ille placere?
Parua fides. quid parua fides? ingentior ipsis.
Montibus & summo quod contegit omnia cælo.
Certe magna fides: hominem spectare relictum
Omnibus auxiliis: cuius pauperrima semper
Vita fuit: mors obprobriis despectior omni:
Credere damnato secum tam grandia posse
Munera conferre & cæli promittere regnum.
Aiam confecto: cui non in corpore uires
Deficiente uidet: facies cui pallida morte
Iam ꝑpiore horret contabescitq; tuenti:
Infamis plenam latro sperare salutem
Non dubitat. nudum cunctis & rebus egentem
Amplas diuitias & honores credidit amplos
Posse dare: & quanq̃ moreretur tradere uitam.
Vnde habuit quo sic ignotum sæuus amaret
Fur hominẽ? flamas qui sol uicinus agebat.
Parua uiri species: deus excelsissimus idem:
In terras ignem a cælo qui mittere uenit:
Hanc & quid iubeat nisi terras urat ut ipsas?

N il habuit nudo maius quod tradere nudus
I am posset: q̄ sic morientem deniq; uerum
N on dubitare deum. nil sumere maius ab illo
T um potuit: fidei q̄ conuenientia tantæ
M unera: de longe misero mox esse beatum.
A tq; inter dominos cæli regnare quirites.
N anq; pedes pariter contentaq; brachia ligno
F ixus. nil aliud q̄ cor linguamq; gerebat
L iber: & hæc christo feliciter ambo dicauit.
S olus adorauit. solus cum matre relictum
A reliquis flæuit miserans dominumq; deumq;.
S olus eum præter cunctos de stipite celso
P rædicat: innocuumq; docet: sociūq; ꝓteruum
A rguit audacis dicti. Quæ plura fideles
I am socii facerent? proh quid dixisse fideles
A usim: nocturni fregit quos impetus hostis:
I nq; fugam uertit: latebrasq; impegit aniles?
D a gladium: longam uel ei da uibret ut hastā:
L oricamq; gerat. da liber de arbore saltem
P rodeat. hoc christum iam iam non milite quēq̄
T utari melius uideas. hoc nemo paratam
F ortius in puguam ualidum descendet & hostes
A cer in interitum uiteq; pericula nulla
V i retinente ruet. princeps ubi Petre latebas
Quoue leues terrore fugam te principe fratres
A bstulerant? faciem populo monstrare timetis

L onga discipuli tam tempestate magistri
D eserti: pauida præter qui mente Iohanem
N on credens omnino deum cũ matre dicata
I am christo mandante sibi plorando ruebat
I n lachrymas. & tu pariter q̃ lazare uinctum
T urpiter in ligno spernis: qui nuper ab imo
V itæ te baratro dulces reuocauit ad auras.
L inteolo uinctum eduxit clausumq; sepulchro
Quatriduo: & pulchros feliciter addidit annos.
N unc ingratus abes tam magni lazare doni
I mmemor: & domino latitas moriente sorore
V ilior ac peior: te molis uincere sexus.
T e latro potuit: celso qui stipite fixus
V na quem christum clara uix nouerat hora
V oce canit: nulloq; metu moriturus adorat.
V os o pontifices o scribæ o pessima patrum
P ernicies tecto simul o pharisea ueneno
S emper turba nocens: quorũ præcordia cæca
F raude ualent. decorat tranquillos gratia uult⁹:
I nq; sinu lupus occulitur. natat agnus in ore.
E t si non agnum: matrem bellare putabis.
E t uos o præceps uulgus promptũq; moueri
C onsilia in peiora: patrum modo concitet ira:
I n cruce pendentis qui nunc ad frigora christi
V rbibus in mediis omnes certissima late
S igna fidem summo emissum facientia cælo:

L umine non dubio claro uidiſtis & ore.
D iſcite quid iam uos deceat manifeſta uidentes
S igna.quid expediat uobis:ſi forte ſaluti
C onſulitis ueſtræ:& non ultro occumbere morti
P erpetuæ uultis:uetitiq; expendere pomi
D amna:quibus ueſtros ſcitis lugere parentes:
I nter & æternam miſera caligine noctem
I ncludi:donec cui nuuc illuditis ultro
A uxilium ferat:& medias illuminet umbras:
I gnota & tandem uobis in regna reducat.
A duena quæ nunc fur unius credulus horæ
O rat:& accipiet christi ditiſſimus hæres.
N on Moſi leges ſacros non ille prophetas
N on ſcripturarum.interpres penitiſſima ſenſa
E didicit.furti tantum prædæq; peritus
S opitaſq; palam uel clam conuertere lites
P romptus erat uel ui ſemper uel fraude tumult⁹
E liciens.uitam hoſtili repetebat ab enſe.
V os o pontifices non ſic ſcribæq; magiſtri
L egis & implicitos coram reſerare prophetas:
E x quibus a cælo peregrinus diſcere christus
F as erat:& natum de uirgine matre fateri.
P artim hominē partimq; deū.ſublimius illo
N il eſt.inferius nil ſic moriente pependit.
H unc ab promiſſum uobis patriæq; nefandæ
E t tanto indigne dono.Iudæa prophetas

H actenus occidit. Iudeum pessima longe
F acta datum a cælo Mesiam occidere certa
I n sua damna ruit: nec iam magnalia curat:
N ec quæ sunt hominem supra miracula coram
A ttendit manifesta fide meritoq; latronis
I nferior. fur ignotum cognouit ab hora.
C ontribulem multis christum Iudeus ab annis
N on agnosse tulit. quæ uos insania patres
H ebrei cepit: tenebrisq; inuoluit opacis.
N on sibi sed uobis claudos excurrere iussit.
N on sibi sed uobis donauit lumine cæcos.
N on sibi sed uobis morbosos proluit artus.
N on sibi sed uobis uexatos dæmone soluit.
N on sibi sed uobis mutos fecit esse disertos.
N on sibi sed uobis uita rediuiuere functos
I mperat: & mediam uelut hacten⁹ ire per urbem

N Os inter lusus ambo℞ & iurgia furū
Flagrantisq; ultro ꝓcul ad ꝯuicia uulgi
Ante crucē & dl̄ces olīꝫ nūc sanguīe ul̄t⁹
S anguine fœdatos uultus & lucida quondam
L umina uicina nunc caligantia morte
H uberibus nimiū lachrymis mæstissima mater

S tabat:& attonita corpus uix mente ferebat.
Quis mihi nunc centũ linguas nũc ferrea centũ
G uttura & æratas ad tot suspiria uoces
P erpetuet.nulli dolor est effabilis ori:
M ultiplices fandi uenas qui stringit:& omne
I ngenium q̄uis huber retinetq; premitq;.
V t si moliri pelagus sulcare dolorum
N itar & undantes æstus:labefacta recumbet
M entis uis:omnisq; cadet de pectore uirtus
N on aliter:q̄ cum ualidis euertitur æquor
F latibus:& summo fluctus luctantur olympo:
E t maris apparet sublato marmore tellus.
T um uero præcepsq; ĩ humũ colliditur unda:
E xultatq; iterum cælo:lapsuq; fatiscit
M ox iterum:timidasq; uices alternat:& unde
F ugerat:excurrit.mortalia pectora fœdo
A stringens horrore:graui & formidine quassãs:
S i non consilio nauem uel nauita forte
S tringat:& aduersis cursum subducat ab euris:
A spicit occiduũ grandi caligine cælum
I nuolui:furiusq; cadunt e nubibus ignes:
S. parguntur q; faces:aditũq; minacib; undis
F unereum monstrant:& dira tonitrua clangũt
E t uix urgentes prope naufragus enatat undas.
S ic ego si clades tempestatemq; Mariæ
E t mare conuulsum mentis percussaq; corda

Vndiq; & ardentes curas sæuaq; refusum
Pectus amaricie: si quos uersetur ad æstus
Quassatasq; animi temptem narrare procellas:
Obruar in tanto late excrescentibus æstu
Cladibus. & portu iam non nisi naufragus ullo
Euasisse quidem dabitᷣ. sed finge ꝓcellas
Vincere me: portuq; ratem duxisse cupito
Et uastas Mariæ lacero sub pectore clades
Moliri: dirisq; modis imponere finem.
Ante libra eoo quæ nunc suspenditur Indo:
Et cum sole dies aperit: cæloq; uagatur:
Finiet instantes iterum cum sole labores.
Conor ad ingressum: dubiamq; expono carinam:
Et mare turbatum pauida subremigo dextra.
Littora non ausim tutamq; relinquere terram
Sublatis quanq̄ uelis maloq; iacente.
Non solitos in ea uideo dulcescere uultus.
Gratia non oculis surgit. non purior ori
Emicat ut quondam splendor. mutata regescit
Frons olim iucunda: rosis & gratior albis.
Nunc horret macies. hesterna tuentibus ora
Pulcra nimis: nunc fœda nimis. q̄ tempore paruo
Ante omnes mulier placuit pulcherrima uisu:
Ante omnes quæ nunc uisu teterrima sordet.
Vna dies quam felicem formaq; decere
Viderat: uua dies sublato uidit eandem

P ignore deformem desolatamq; iacere.
H inc imbres manare solo, fontesq; cerebri
V ndantes solui: lachrymas sudare peremnes
A spiceres: super excreti torrentis & instar:
N ati qnæ largo correspondere cruori
P ossent: atq; una gemino de fonte coire.
N e puras lachrymas ne purum undare cruorem
C redideris. quiddam medium tellure natare
A spicis: & fului speciem præferre coloris.
H æc non exiguo (quale est mihi) carmine lector
E ffari me posse putes. utcunq; referre
S it satis immensos Maria plorante dolores.
E ffusas possum lachrymas meminisse: latentem
N on animū exhausto aut raptā de pectore mentē
M aiorem æquorea quæ tempestate ruinam
S enserat & salsis peiores fluctibus æstus.
Qualis cum uolucer uacuo mox aere turbo
E x ima coit in girum tellure: trabesq;
I n sese uertit sinuosi gurgitis instar
S axa uoraturi & uulsis cum rupibus ornos.
S uspicit in formes uultus labefactaq; colla:
Quæq; foraminibus terrent contracta cauatis
L umina: perpetuos & sanguinis aspicit imbres.
Quantum nanq; potest: se sustinet: oraq; fixo
F ixa tenet. placet informem placet atra tueri
M embra. placet quidquid sit dulcē cernere natū.

Anxia stat uultus:& amato pendet ab ore:
Aestuantes flamis animũ & præcordia donec
Vis maior premat:& uires eliminet omnis.
Hinc collapsa cadit:manibusq; excepta sororꝶ
Tollitur.ingeminant lachrymas:& sydera pulsãt
Attonitæ natoq; timent matriq; cadenti.
Mens demum redit & uasti cum mente dolores:
Halantemq; coquunt animũ:ceu grandia fornax
Pondera quæ ferri uel magnos æris aceruos
Subiectis late flamis stridore sonoro
Mollit:& undantes fumos ad sydera torquet.
Quæris cur adeo nato moriente doleret:
Quandoquidem sciret nostros moriendo labores
Laturum:& tanto clausum quod tempore cælum
Primi culpa patris tenuit:se uirgine natum
Morte reclusurum propria:qua morte profũdi
Tolleret imperium regis:patriq; rebellem
Placaret mundum:uacuisq; induceret astris
Cunctis plus doluit.cunctis plus mater amabat.
Et plus dilexit:ꝙ plus hunc sciret amandum:
Quantus amor:tantum dubites non esse dolorẽ.
Ambo pares aderant.studiis æqualibus ambo
Materno micuere animo.rationibus iisdem
Aequus uterq; fuit & eodem pectore compar.
Cunctorum scierat clades incumbere nato.
Cunctorum pœnas tempestatesq; malorum

Nil meritum premere. haud ulla tñ illa dolebat
Clade magis: q̃ q surgentes undiq; tanti
Officii nimis ingratos cernebat: & ultro
Pro se occumbenti mundũ non reddere grates.
His igitur causis in ea creuisse dolores
Credimus. hos sanctus pro mundo spiritus illi
Contulit ingrato. tantum doluisse parentem
Concessit: q̃tum satis omnibus esse putauit.
Saepe loqui innitens uerba imperfecta sonũq;
Non plenum referebat: & os ut semp anhælus
Vix animam tenet. assiduis singultibus hærens.
Vix mouet affatus deploratasq; querelas.
Has inter lachrymas heu tantum sæpius audis
Care uel o fili. manibus quandoq; leuatis
Parcite clamabat. cælo conuersa supinam
In faciem: pater omnipotens iam desine tandem.
Iam tibi iam satis est ultum. cerne: aspice: uerba
Nec perfecta tamen poterat formare dolore
Angustante uias fandi. quidnam exigis ultra
Ingrata pro gente: qbus postponere nati
Non puduit curam. fantis grauis occupat ora
Mæror: & obstrictæ tenuerunt cetera fauces.
Afflictam mæstæ fessis utcunq; sorores
Sustentant ulnis: alternaq; brachia nectunt:
Et socios addunt miseræ solatia flætus.
An fas magdaleæ lachrymas tacuisse puellæ?

M atri gentilis:indulgentissima christi
H ospita quæ quondam fuerat:panemq; datori
V iui præbebat panis.hæc ungere flauos
I nstituit crines & odoro tempora nardo:
H umectasse pedes lachrymis:densoq; capillo
S iccasse:& demum non segniter oscula tersis
I mpressisse quidem solita est.oblita priores
N on erat hæc lachrymas.dulcē flæuisse magistrū
F ratris ad interitum norat.quo flænte cadauer
E reptam cepit uitam:domuiq; reuixit.
H æc igitur memorans lacerosq; incōpta capillos
A nte crucem diramq; crucem ꝓstrata iacebat.
L iberiore quidem miserandas uoce querelas
S pargebat:dominūq; tuens:ah qualia cerno
L umina q̄ turpes inhonesto sanguine uultus
A spicio.totum plagis stat corpus.an illa
I lla olim facies:& quod caput ipsa perunxi?
H osne pedes?cur non tales mihi cernere detur:
Quales cum lachrimis laui:tersiq; capillis?
C laue nefas ingens quis tantum pessime claue
C oncessisse tibi potuit?quo uulnera mitem
A ffligis dominum?qua dulcē clade magistrū
D eliciasq; meas heu me scelerate trucidas?
M e sine non illum rapies:cur diuidis ambos
A mbos qui poteras affigere tutius.ergo
V el simul ancillā cape:uel mihi redde magistrū.

Cur ſis tam durus. ſaltem ſine. parce cruorem
Abluere his lachrymis: & noto tergere crine.
Talia uociferans matrem pauliſper ab acri
Viſa animi mærore fuit queſtuq; leuare.
Vna etiam magnos Zebedei mitis alumnus
Fundebat gemitus. iuuenili in corpore pallor
Obſtrictæq; genis uoces immerſaq; uerba
Pectore diligeret calida q̄ mente magiſtrum
Monſtrabant. grandi ſocios hic inter amore
Emicuit. poſtq̄ dimiſſa ſyndone fugit:
In ſe mox rediens domiui uſq; in funera ſemper
Sedulus affuerat comes. hunc cum cerneret alta
De cruce lamentis dominus fœdare iuuentam:
Ex quo tam meritum iuuene; ſtudioſus amaret.
Vix ægros uoluens oculos intendit in ægrum
Tum pariter matrem: tuus en hic filius inquit
O mulier. iuueni conuerſus. & hæc tua dixit
En mater. paucis quanti commercia fecit
Tum precii. ſenſit mater uiſa aſpera primum
Verba: locum tanti cum ſucceſſiſſe magiſtri
Diſcipulum uidit. ſeruum pro rege relinqui
Pro nato affinem. mortalia corpora ſumi
Iamq; uices ſupplere dei. mutatio certe
Maxima ne dubites: & quæ collata dolores
Maternos actura fuit: niſi talia mater
Noſſet ad auxilium mæſtæq; inſigne leuamen

C oncedi uitæ.tum se quem sciret amare
V t matrez:dare consolandæ qualia matri
M unera tum licuit. Iohānem exinde parentis
D ilexit studio.iuuenis dignissimus illam
V t matrem decuit nati quam sciret adempti
I am non immemorem:commissas cuius & ipse
I amq; uices gereret merito cōplexus honore est.
E tiam sexta suum dominum miserata diei
H ora laborabat.sol excelsissimus orbem
Scanderat astricomū: mediaq; in parte flagrantes
M ore suo moderabat equos:tantumq; calentis
L iquerat a retro spatii:q̄tum ante uidebat
N ixus in occasum.tantum capit humidus auster
A læua:quantum a dextra Bootius axis.
F orte oculos in humū Solymā deflexit ad urbē:
Qui locus in medio terrarū creditur esse:
F actoremq; suum nouit.mirabile uisu
H orruit:& nigra nitidos ferrugine uultus
O bduxit:mæstaq; diem compressit in umbra.
C ōmiserans dominū:facinus nec cernere tm̄
A usus ab artificis subtraxit lumina cæde.
M æsticiæq; dedit signum.pallentia miris
O ra modis condens & opacis longa tenebris
A d spatia obnubens:donec sic anxius orbis
O ctauam exigeret partem:trisq; atra tegentes
O ra simul cæcis irent aspectibus heræ.

N ec natura fuit: quæ ſic elideret ora
S olis: & obiectam radiis aſſumeret umbrã.
A er purus erat: nec opacæ talia nubes
V ndiq; deterſo dederant umbracula cælo.
L una quoq; oppoſito præceps ex aere uultus
P reſſerat: & decima aurataq; in parte latebat:
C ornibus in plenũ iam iam coeuntibus orbẽ.
V nde ea ſic diſtans & pleno lucida uultu
D ebuit a nullis ecclypſin paſſa uocari.
S ed ſol naturam patulus contraq; ſupraq;
C ontraxit radios: & christũ flæuit in umbra
I ndeploratũ miſeris mortalibus. heu heu
C ur inſeſibili dominũ lugente planeta
A rentes gerimus uultus: & parcimus hudo!
T alia cecropia porro Dionyſius urbe
C um proſpectaret (pago nanq; ille uocabat
M artis: & altiloquos inter præcepta cothurnos
T um depromebat) mox caligare coruſcũ
C erneret & ſolem: nec nubes obuia luceȝ
N ec quæ tunc fieri non interlunia quibant
A uferrent: rapti uictus nouitate diei
N otũ ut diſiunctũ nec uero incertius ipſo
I ntulit exclamons: aut inconſueta creatæ
N ature patitur deus: aut labefacta ruentis
I n chaos antiquũ ſoluetur machina mundi.
O mnibus interea christus iaȝ morte propinqua

V iribus exhaustus toto cū sanguine neruis
V ndiq; collisis nec spes erat amplius ultra
D esertore patre extollens ad sydera fessos
V t potuit uultus seu uim faciente ruina
M ortis: uirtutem seu iam pater adderet illi:
M iq; deus deus ingeminās cur me ipse relinquis?
V ir quasi robustus dictu mirabile uoce
A lta clamauit. se uiderat essē relictum
A patre: mortalis tanq̄ purusq; fuisset
N on uerbo coniunctus homo. uæhemētius ergo
C lamauit mixtas addens clamoribus ore
D eciduas lachrymas, cur flæt, cur clamat amātis
F ilius omnipotens regis? quo certior esse
N on dubitetur homo: sectos qui sentiat artus:
E t totum irriguo corpus manare cruore:
H orrendamq; necem maneat calicemq; paternū
I am bibat haud ullis precibus quē posse referri
A gnoscat: sed sit iam pœne exhaustus ut ultra
N il uacet: extremam patri q̄ reddere uitam.
S cis hominē natū parere per omnia patri:
S cis agnūq; dei sic appellante Iohanne.
Quid talem non posse pati patientius agnum
C redideris: ferrumq; licet iugulumq; mineris?
N os docuit. docuit nos idem pastor & agnus:
Quid faciamus aquas oblatos inter & ignes.
E t cum dura premant, cogatq; angustia passim

Seu uictus desit: nec uitam certa facultas
Soletur paruos præsto substollere natos.
Seu uictus si sit: uictum & grassetur in ipsum
Contemptor fidei: tacitus uel latro: uel hostis
Vt sit cunq; tibi: gelida seu grandine nymbus
Sternat agros: & spem prolis subducat alendæ:
Multarum seu desit opum tibi filius hæres:
Aut tibi congestum si sit non segniter aurum
Dilapidet: frustra cultos & dissipet agros.
Seu quoduis aliud læuum cladesq; repente
Verberet: & menti penitus desæuiat imæ:
Instar syderei discamus in omnibus agni
Quid petat aut qd det dominus parere uolentes
Ad mortem usq; crucis. calicem si turbet amaror
Atq; propinatus poturi territet ora:
Ne uires ne perde animum. clamare doceris
Ad dominum. lachrymas etiam miscere licebit.
Si uotis (ut sæpe) tuis occluserit aures:
Nec precibus quæsita diu lachrymisq; petita
Reddiderit: christi exemplo nil tristius ultra
Intemptes. natiq; preces lachrimasq; precante
Vnius cum nato Pater exaudire negauit.
Vt cum mortales uideamur sæpe relinqui
A domino: domini non desistamus ad aures
Fundere clamores altos: & flændo mouere.
Omnia non deerunt licet exoptata negentur:

S altem discemus meliores esse: deiq;
S ubdi consiliis: & cælum clade mereri.
T um dominus post emensos hinc inde labores
P ost uarios iam distractus curasq; frequentes
P ectore uersatas: post tantis cæsa flagellis
T erga: fatigate post multa obprobria noctis
I nsomnesq; oculos nullaq; ex parte quietos:
H umores post cōmotos cū sanguine fuso
H eu totiens: lachrymasq; halanti ex ore ꝓfusas
E t iam uicinis uicturæ in sæcula morti
D eficeret: siccis circum præcordia uenis
C onstitit. arenti torpebat gutture lingua:
I pseq; contracto tabebat pulmo meatu.
H ac quoq; tūc hoīe3 gerere & concludere uer⁊
P arte uolens. sitio dixit. non defuit ipsis
S pongia militibus. hanc qdam impleuit aceto:
M ixtum cui fel erat. tenuis quæ stabat harundo
S umitur: & fisso sublata cacumine dirum
E xcepit potum: sitientiq; obtulit ori.
I lle ubi gustauit: non delibanda: reliquit
P ocula. deinde sciens iam consumasse paternum
M andatū: & qdquid de se cecinere prophetæ:
E st consumatū dixit. Iam certior ægra
V ersicolor subit ora lues. instare propinquam
I d mortem signum fuerat. iam nona nefande
H ora super lucis uenit. dubitare queamus

A ngelicas non huc late excurrisse phalangas.
M ilitiamq; omnem circunfudisse paternum
I mperium:& toto micuisse examina cælo:
T alia qn̄quidē sanctoꝝ busta uirorum
F uneraq; e cælo totiens uenerata legamus?
Quod iam non multo Mariæ post tp̄re matri
O buenisse ferunt:& quod pauprima circum
N ascentis christi legimus cunnabula:mūdo
A ngelicis cū pax esset concentibus inter
R eddita pastores:& celso gloria cælo.
H uc iam spirituum certe non agmina tantum
C rediderim lucis magno splendore coisse
I psum spirituum dominum patremq; sed illo
T empore tum regno penitus uenisse relicto.
P ar ut erat:uenit languentem uisere natum
E t pœne exanimem fusoq; extrema ferentem
S anguine conspecto correxit colla parente
C ristus: & ingenti repleuit pectora uoce
S upra hominis ualidi uires:in funere nedum
M ulta laborantis.nanq; hic deus esse uideri
O ptauit:damnatus homo qui morte uideri
N on aliter uoluit.pater ergo maxime clamat
H anc animā quā mitto tuis cōmendo sub ulnis
D ixit & in tenues iam non euanuit auras
S piritus:exerto sed ubi se uoluit ab ore
I ma patrum cæcosq; lacus subit antra dolentum

I ntrepidus subit:& proprio splendore latētes
M olitur tenebras:& inempto lumine pellit.
M ortis ineuictos alio sine uindice uectes
R upit:& æratos uulsit de cardine postes.
I nnumeræ patuere animæ uulgusq; piatum
S anguine syderei cernunt quem cōminus agni.
P rotopater primū lachrymis ridentibus Adam
P rodiit ingenti barba uenerandus & annis.
E ua simul coniunx nimium miserabilis eua
O b notum pomi facimus.lugere uideres
A mbos: atq; ambos conspecto alludere christo.
T um uero admisso ueniam pro crimine poscunt.
I lle dat:& matrem læua dextraq; parentem
S ubleuat:atq; bonis animis iubet esse.subibat
L euia fraterno percussus tēpora telo
P ulcher Abel.patuit simulac ceruice cicatrix
I nnocuum primum scio te fudisse cruorem
I nquit:& accepta fratrem satiasse ruina.
T anta meo potuit sed nō sine uulnere plaga.
C urari.primam porro qui condere nauem
I ussus:& ignotas fuit intemptare procellas
M agnus adest noe faber:ancipitisq; carinæ
I dem rector.aquis remo terraq;.fabrili
A rte potens.oculis christus quē respicit æquis.
P arte alia patrem multis in gentibus ire
V iderat habraamum.patefactas ille per ulnas

I rruit: amplexusq; olim delibat amatos.
H unc & cristus ait memini super omnia fidum
V sq; adeo: ut natū (natū quoq; monstrat adesse)
V na uoce tulit librato cædere ferro:
N i qui de cælis aderam clamando uocassem:
I ussissemq; manū retinere: & parcere nato:
P roq; illo densis hærentem uepribus agnum
M actaret. talis certe debebat in agnum
I ra trahi: cuius sordes in sanguine mundus
T ergeret ipse suas. mecūq; in regna coiret.
H uic ego promisi tantis sudoribus ultro
O biectare caput: cuius de sæmine gentes
I nnumeræ regna irruerent hostilia mecū.
I nde tribus qui bis senas famulatus Iacob
A nnos bis septem genuit properare uidetur
A lterutro quanq̄ luctatus crure laboret.
T e quoq; non longe mirandis cornibus aiunt
L egifer a domino gressus tenuisse. uocatus
I mo ades: & dignū late te laudibus effert.
E sse ducem: & Mosi paucos præstare priorꝝ.
N ec non rex ingens fidibus citharaq; decorus
P rosiliit: mediaq; astans sic ille corona
I ncipit: ob quotiens hos ad te pangere uersus
H ac dextra memini fateor quandoq; canore
C armina miscebaꝫ lingue. te laudibus unum
V num te titulis: unum uirtutibus: unum

Quidquid uis:taꝫ poſſe qdem q̄ uelle canebam.
Te patris æterni natum licet eſſe parenti
Aequalem tam̄ & ſocio conſidere regno.
Oh quotiens cecini uenturū:noſtraqꝫ feſſo
Vt modo feciſti laturum crimina tergo.
Hæc & plura Dauid ſe prædixiſſe canebat:
Annuit omnipotens:& dignū laudibus inquit.
Nec minus accedens uaſti de parte baratri
Præcipiti fertur curſu grandæuus:& ante
Procumbit dominū.memini te cernere uiuens
Si non fallor ait:temploqꝫ his lætior ulnis
Infantem excepi:legem cum explere paternam
Veniſſes:primumqꝫ tener ſparſiſſe cruorem.
Poſſem omnes ſed non uacat occurriſſe ꝓphetas
Atqꝫ alios meminiſſe.trahor digreſſus.In unū
Sollicitor.non hunc ulla ratione tacendum
Crediderim:quo non (chriſto ſi credere fas ē)
Mortales inter maior ſurrexerat alter.
Nanqꝫ camellinis præcinctus pellibus omne
Tum corpus reliquū nudus.dehīc indice chriſtū
Præmoſtrans digyto cunctis aſtantibus agnus
Ecce dei dixit.en qui tulit omnia mundi
Crimina.ſic memini nuper prædicere terris
Ad me cum ꝓpius ueniſſet:& hoc ego tento
Indice monſtraui:quanq̄ genus impia primū
Credidit.errores patrū tum deinde ſecuta

L ætíciam ad nostram damnarunt morte uolenté:
V nde salus nobis & lux est eruta tandem.
A nnuit hæc dominus fanti.non segnior omnis
T urba per amplexus & ad oscula ꝓmpta ruebat:
Quam cum filioli peregrino ex orbe parétem
I ntuti redisse:uirũ uel lubrica coniunx
E x improuiso uidit.petit ocyus ora.
N ota sinus ruit in dulces:& mutua figit
O scula datq; rapitq; manum:gaudensq; renidet.
T am læta sed iam dominus cum gente moretur.
F unera nos superis terris narremus:& ingens
O bsequium:dulces quod ei meditantur amici:
S ignaq; tam diram domini testantia mortem.
E cce autem christi uictor qua spiritus hora
E xcessit:templi uelum quod in arce superba
A ppensum stabat:geminis in partibus æque
S cinditur.a summo discrimen uertice cœpit:
E t telæ caudam cecidit penetralis in imam.
I ngens contremuit tellus:uastoq; fragore
E xcussit sese.quid ꝙ resoluta fatiscunt
S axa:dolor scilices an ꝙ perrumpere duros
A tq; insensibiles potuit:durissima contra
M ens hominũ solido stetit inconcussa rigore!
A dde ꝙ exiliunt patefactis multa sepulchris
C orpora:uiuentesq; animæ sumpsere relictæ
M olis honus:quoꝝ exacta iustissima uita

Mens fuit. ut demum dominus surrexit: & illi
Natalem intrarunt multis spectantibus urbem:
Affariq; palam uisi. mirabile uisu
Omnia uiuentum referebant acta uirorum.
Talia diuersa cernens de parte manebat
Centurio. ut uero clamor morientis ad aures
Illius & secum qui prospectando manebant
Peruenit: timuere nimis. tum talia fati:
Filius iste dei uere fuit. omnis ad unum
Signa quidem spectans late clarissima turba
Inde domum mæsti redeunt: & pectora pulsant.
En post latronem pandens ouis altera ductas
Sic exclamantis pastoris uocibus aures
Ipsum cognouit pastorem. scilicet ille
Aspectu fœdus: nec quid nisi turpe notari
In moriente quidem potuit. quæ gratia pœne
Prodeat e functo. clamat tamen. altas apertas
Aures ingreditur clamor: uerumq; probauit
Esse deum: cruce qui moriens pendebat in alta.
Iudei. interea tanto ne corpora festo.
Penderent primo ritu quod turpe putabant
Frangere damnatis mox auspice præside crura
Accedunt. tetigit geminos ea pœna latrones.
Ut uero Iesum repetunt: animamq; dedisse
Cernunt legitimi iam parcunt ossibus agni.
Ipsa nec admotis fregerunt crura flagellis.

N on omnnio tamen pendens impune relictum
E st corpus. femori longam nam contulit hastam
O rdinis ut perhibent non paucos cæcus equestris
A nte annos: iugulumq; petens cũ sanguine uiuã
E t nil tale putans undam comuoluit. in hastam
V nda cruorq; natant. cæcum res mira relatu
F orte manus lumen tetigit: cœpitq; uidere:
E t rerum uarios non ignorare colores.
H esperias hinc sol præceps uergebat in undas
A tra coloratis & iam nox obuia rebus
S urgebat: breuiorq; die restabat imago.
E cce duo solyma cum mox ex urbe repente
A ccelerant humeris scalas maleosq; ferentes
I nsignes pietate uiri. cõmunibus ambo
A d montem studiis una uenere. salute
T um mæstæ dicta matri: quæ ferme relicta
S tabat: & ingentis uersabat mente dolores
A duentus causam exponunt. pro funere nati
S i non displiceat pariter uenisse: cadauer
V t tollant: condantq; cauo de more sepulchro.
E x Arimathia fuit hic: cui nomen Iosep
V ir clarus longeq; potens & sorte decemuir
I udeos inter domini non parua supellex.
A lter qui noctu christũ conuenerat illum
D iscipulus sed clam factus legisq; magister
V sq; sub extremas dilexit funeris horas.

I lla inter clades non irrita gaudia sensit:
G audia si miseros adeunt. quem tangere nōdum
I nfelix potuit: iam respirare uidetur
T uto posse manu sibi sumere. tollitur ergo
I n plantas. scalas illi admouere bicornes:
A lternasq; crucis (quisqs fuit ille) sub ulnas
C onscendit. ualida confixam forcipe primū
A uulsit dextram. parili mox deinde pependit.
L æua ministerio. tracto simul utraq; clauo
P lanta pedū labat. ille habiles luctantur in ulnas:
S eque honeri subicit. q̄ paruo maxima tergo
S arcina procubuit. quisqs fuit ille: ferebat
C unctarū artificem rerum. simul omnia uexit.
O mnia. nam uasti spectas quam machina mundi:
E t quidqd mundo tegitur pendente creatū
C redimus esse deo. Quorsum lugubria mater
L umina tū quorsū uertit. lachrymatq;: notatq;
Quidqd agunt: sacra qui terræ cōmitere membra
L uctantur. motus genitrix intendit in omnes.
A spectum tamen impediunt uultūq; freq̄ntes
O bnubunt lachryme. digitis utcunq; ruentes
E xiccat: tergitq; manu. certabat in uno
S pesq; dolorq; animo. natum tam turpiter esse
E xtinctum dolet. extinctum contingere natum
G audet: & in uarias trahitur contraria curas.
N ec dum contingi poterat: cum nixa leuatas

In plantas: alte pendentes insilit artus
Attrectare manu: & strictis hærere lacertis.
Omnis ei mora conuerso fit longior anno:
Serius & queritur deponere corpus amicos:
Hostes excelsæ q̃ confixere cupresso.
His inopem surgit. cunctantibus anxia tollit
Brachia: porrectis absentem & sustinet ulnis.
Neue sinant temere allidi rogat: ipsaq; uerbis
Imponitq; modum: & qua sit ratione locandus
Functo cuncta timens docet. in subiecta supinū
Lintea consternunt tandem. quid in ipsa supinū
Lintea consternunt dixi? candentia nondū
Lintea contigerat: totos cum affusa per artus
Irruit. attonitæ sonuere per aera palmæ.
Huc oculos atq; huc oculos dispensat in omnem
Corporis afflicti partem. labefacta reuoluit
Ora. cadunt imbres cerebro soluente citati:
Vt iam cum subitus madidis notus ingruit alis:
Et teneras fruges uiolenta uerberat unda.
Passim sanguis erat. fœdatum sanguine corpus
Huberior lauit unda. moras in singula longas
Vulnera contendit. quæsitis oscula nullo
Ordine dat plagis. ut tandem libera liquit
Verba dolor: circum pendentes colla lacertos
Aduoluit: manibusq; genas infudit aquosas
Tum lapsam attollens faciem uultusq; grauatos

Hoſne mihi clamat fili cariſſime uultus
Reddis: & hæc facies hæc & tua dulcia nate
Membra. manus has ipſa manꝰ ꝯtingere gaudēs
(Me miſeram) curas fruſtra ſolabar aniles.
Quæ de te potuit confingi culpa? quod aiunt
Crimen: ut infami penderes uictima ligno?
Creditus an latro ſis: quem confixere latronū
Conſortem: medioq; loco ſtatuere nocentes
Inter & infames per tot ludibria fures?
Cur uiuam: cui ſit uiuendi pratinus omnis
Sublata heu tecum ratio? cur pignore rapto
Vltra uel poſſim cupiamue ſuperſtes haberi?
Crudeles nimiū ciues nimis impia turba
Voſq; patres nimium ſæui: quo crimine natū
Tam dulcem eripitis. ueſtram damnare ſalutem
Læticiamq; meam ſimul accurriſtis. in ipſū
Tutorem ſceleris nullo diſcrimine ueſtrum
Conſpiraſtis. hic eſt: qui quondam ægyptia uobis
Vt iuga decuteret: nec uos ſeruire tyranno
Longius externo ſineret: duriſſima plagis
Corda decem domuit. q̄ ſæua rependitis illi
Officium tantum non atteſtantia dona:
Hæc mea qui ueſtris fregiſtis terga flagellis
Hic eſt ingrati populi qui nobile mana
Per deſerta pluit uobis loca. nocte columnam
Miſit & ardentem: cæcas ut eundo tenebras

V inceret:& populo fieret uia clara meanti.
H ic hic in uestram quondam freta rubra saluté
D iduxit:siccũq; dedit transire per æquor
M ose uiam uirga medias faciente per undas
H ostibus allisis mersoq; sub æquore rege.
T u latus hoc nimiũ crudeli conspicis hasta
C onfossum.purum duro de marmore fontem
R upit:& est nitidas iaculatus in aera lymphas.
N on ingratorum proauos potare nepotum
I ndignans:tanti post hac qui felle datorem
M uneris:& mixto nimiũ uexastis aceto.
H ic & te propter chananeos impia reges
(I mpia gens ah quæ meriti sis immemor huiꝰ)
A ffecit bello:& uictricibus expulit armis:
T eq; hoꝝ gessisse uices & sidere regno
I ussit:& ingentis pplos dicione tenere.
H unc tu (me miseram) contra pro múnere tãto
H is plagis his uerberibus hoc undiq; fuso
S anguine sic laceris inhonesto uulnere mẽbris
C rinibus euulsis & tam crudeliter ore
A fflicto flagris:ut non hæc amplius ora
E t dulcem agnoscam uultũ:non pellere tm̃
V rbibus & mediis:& quod tibi contulit ille
N ixus es a regno:sed atroci pellere lœto.
P er tot grassatus pœnas & amara tulisti
V ulnera.nec sat erat.tantis obprobria si non

A ddita mille modis essent. illudere uero
N on puduit regi. caput hoc fixistis acutis
V sq; adeo spinis. tam sæuam fronte coronam
P ressistis. secto q̄ fistula multa cerebro
T olitur: & uiuū spargit per membra cruorem.
H uic dextre (dextrāq; tulit: patuitq; cicatrix
T ransfixis ultra neruis) huic impius inquit
I llusit populus. cannā gestare palustrem
I ussit: & arrisit sceptro prostratus inani.
H æc est quæ cælos & lucida sydera fecit:
C unq; solo formauit aquas omnéq; tetendit
H eu uobis orbem qui sic sæuistis in illam.
T alia uociferans & largis imbribus alte
E ffundens supra omne ruit per uulnera corpus.
O scula cum lachrymis miscet: multasq; fatigat
p langendo palmas: & questibus æthera rūpit.
Quærēti quid opis uel qualis uita supersit
O rbatæ tanto nato: responsa sorores
V na dant lachrymas. notos se magdala circū
S ternit uirgo pedes: lacerosq; incompta capillos
A fflictam sociis singultibus una parentem
S ubleuat: & iuncto paulū solata dolore est.
Quiq; illuc uenere uiri pro funere noctis
V icinas ueriti tenebras: lucemq; cadentem
H ortati præcibus sociis: tum flætibus: ipsam
C onnixam in natum uix auulsere parentem

T um uero sanctum uoluunt in syndone corpus.
C entum dehinc aloes libras myrrhæq; iacenti
C ircunfuderunt dño. nam gentibus illis
C ondere funereo mos iste cadauera busto est.
H ortus erat tum forte cruci uicinus. in illo
M armoreũ quod bis ꝓpe nonaginta sepulcrũ
A cruce distabat passus præ rupe iacebat.
I psum ergo sumunt ingenti corpus honore.
P one subit uisura parens sanctissima nati
F unera: cui socio coeunt hinc inde sorores
A gmine. magdaleæ nec abest telluris alumna.
H uberibus cunctæ lachrymis & questibus hortũ
I ngressæ excisũ spectant in rupe sepulchrũ.
V tq; loco cessere: subit spectatus Iosep
C um ꝯsorte uiro tam magni funeris. ambo
L uctantur: corpusq; nouo sub marmore ꝯdunt:
I n quo cuiusq̄ iacuit non ante cadauer
H æc moles operosa suo seruata uacabat
C unctorum artifici. tanti reuerentia regis
E xegit: quisq̄ neu post aut ante iaceret
F unctus ubi uellet sua mẽbra qescere christus.
D einde reuicturus propriis cum uiribus esset:
E t mortez mortisq; duces ostendere mundo
T artareis uellet simul occidisse tenebris:
S uspectos habuisse locos communeq; multis
N oluit ambigua neq; enim cum plebe sepulchrũ.

I ntactas uerũ sedes quibus esset humandus
O mni præcauit sibi suspicione carere:
N e cum uictor ouans occisa morte triumphũ
D uceret:& supas coram rediuiuus ad auras
E ductos Erebo uultus & signa referret
I nclyta:non chrystũ sed de consortibus ipsi
Quenq̃ tum chrysto studia in ɔtraria uulgus
O mnia semper agens male surrexisse putaret:
E fferretq; loquax coram:& mysteria tanti
E t tam sublimis plane confunderet actus.
E x quo spes esset uitæ frustranda futuræ:
N ostraq; credulitas & diuitis irrita cæli
C opia polliciti fieret:prædictaq; christo
O mnia deficerent:si non certissima christi
E sset quæ ratio sine suspicione sepulchrũ
R edderet:& liquido se surrexisse doceret.

O pus Imp̃ssum M̃li per Antoniũ Zarotum
Parmensem.





